



*Johannes*

*Catalogus disserrt.*

*I. J. Semler.*

1. Obsr. super 2 Timoth. III. et II.
2. Testimonis VII. Concilii Trident. exemplum.
3. De Regeneratione monastica.
4. de protestantia theo. aeromantica pro scic  
dicta biblica.
5. de infelicitate hominum presenti.
6. de Christi ad Abgarum epistola.
7. de imagine divina in humana & in natura.
8. de mysticarum interpretationum studio.
9. Antiquitatum hermetistariorum et Testimoniis specie.
10. de temporis quo scripta fuerit epistola Pauli  
ad Galatas.
11. Abaptizator fuisse, de quibus agitur Act. VIII. 7.
12. de propaganda per Bonifacium inter Germanos  
ref. christi.
13. de discrimine notionum vulgarium et  
christianarum in libris Act. 1. observando.
14. In Matth. I. 17.
15. de cauenda molesta sedulitate sacra.
16. In Lut. I. Gabrielem spir. s. non esse.
17. Jesum Christum esse paulo auctore vocum  
Iucum et oculum bonum. diss. II.
18. Illustratio antiqui carmine et euangelio  
Hebreorum.
19. De vario et impario octerum studio in recolin  
da historia descripto ad inferos.
20. spiritum si recte describi personam.
21. de Desideriorum et euangelio Hebreorum.
22. de discrimine inter obsequios et reliquias.

*II. A. Noisett.*

23. Singulare providentiae divinae in pace  
religiosis vestigia.
24. de discrimina propria et tropica dictione.
25. de latenter patrum grecorum in nouiss.
26. in 1 Cor. II. 20 et 21.
27. indecor. cantoris anglicae Luc. II. 14.
28. de Christo homine regnante.
29. Deum auctoritatem divinam religionis Christi  
confermante sequit majoribus legistratione  
linaica.
30. ad Hebr. II. 4.
31. vi 2 Cor. III. 17.
32. ad Num. XXVIII. 17.
33. in Joh. XII. 20-23.
34. de vera vi nominis filiorum dei.
35. In 2 Thessal. II. 1-12.
36. In Joh. XII. 1-16.
37. In Joh. XII. 17 - XII. 23.
38. Cuius in hoc libro usq; N. 31. - T. 4. p.  
T 8. Quodlibet 2 Cor. II. 6.

N. 129.

22.

DISPUTATIO THEOLOGICA  
DE  
DISCRIMINE  
INTER  
ΣΑΡΚΙΚΟΥΣ  
ΕΤ  
ΠΝΕΥΜΑΤΙΚΟΥΣ

QVAM

PRAE SIDE

VIRO SVMME VENERANDO EXCELLENTISSIMO AMPLISSIMO  
DOCTISSIMO

IOANNE SALOMONE SEMLERO

S. S. THEOL. DOCTORE, ORDINIS THEOLOG. SENIORE  
SEMINARII REGII DIRECTORE  
REGIONVM ET HALBERSTADIENSIVM ALVMNORVM EPHORO

PRAECEPTORE ATQVE PATRONO  
OMNI PIETATE AETERNVM COLENDO  
DIE X I V. D E C E M B R.

H. L. C.  
PVBЛИCE DEFENDET  
AVCTOR

IOANNES THEOPHILVS VOGT  
BEROLINAS

THEOL. CVLTOR ET SEMINARII REGII THEOLOG. SENIOR.

HALAE MAGDEBURGICAE  
LITTERIS IOANNIS CHRIST. HENDELII  
MDCCCLXXVIII.

6<sup>1</sup><sub>2</sub>)

• 22  
200. 5  
*Erasmus in Hyperaspiste cap. 37.*

Si bonus medicus est, qui quibuslibet quaelibet porrigit pharmaca, sit bonus  
theologus, qui nulla vel personarum vel temporis habita ratione quome-  
decunque promulgat verbum Dei.



D E  
**DISCRIMINE**  
ΤΩΝ ΣΑΡΚΙΚΩΝ ΕΤ ΤΩΝ ΠΝΕΥΜΑΤΙΚΩΝ.

---

§. I.  
**O**mnia quae elaboranda sumere mihi potuissent thematum nullum mihi huic nostri temporis meoque ingenio aptius videbatur, quam hoc, quod inquirit in discrimen illud των σαρκικων & των πνευματικων. Videbar enim mihi satis certo intelligere, hoc discrimen nostro tempore tantum non neglectum esse, atque de eo aut perraro aut fere nunquam in libris Theologorum paulo copiosius agi, si a paucis quibusdam, hisque propterea plerisque parum probatis, discesseris; quum tamen in Noui Testamenti corpore non solum locum habeat, verum

A.

etiam

etiam in primis christianaee religionis saeculis a sapientibus doctoribus  
 diligenter sit obseruatum. Frequentes nostro tempore voces personant,  
 religionem christianam nunc non iam longe abesse, quin penitus in-  
 tereat; quia scilicet hic ibi multi inueniantur, qui eo, sic indignari qui-  
 dam solent, progrediantur, improbae audaciae, vt aliter quam atavi &  
 proau nostri de religionis aree sentiant; necesse enim esse, vt omnes  
 omnium nationum omniumque aeratum homines easdem de religione  
 christiana, deque externa eius, quam non minus amant, facie, habeant  
 & retineant notiones; nisi a vero turpiter aberrare christianaee religioni  
 inimici esse vellent. Sed non satis cogitare videntur isti duiiores cen-  
 fores nouorum studiorum, non omnium esse posse idem ingenium, idem  
 cogitandi exercitium; vulgare certe illud prouerbium: quot capita,  
 tot sensus: iam luculenter declarat, fieri non posse, vt vel amatores  
 rerum, de vna eademque re, in religione praesertim, easdem informent  
 notiones. Ipse sane Christus, sapientissimus Dei *discipulus*, non hac  
 ratione ad emendandam religionem accessit; sed fere semper ad auditio-  
 rum ingenium & familiarem cogitandi modum sese demittit; aliter lo-  
 quitur cum Iudeis, aliter cum ethniciis; aliter etiam cum nobis locu-  
 tus fuisset, si eius saluberrimas doctrinas ex ipsis ore licuisset nobis,  
 hoc nostro tempore, ipsis audire. Alio igitur modo, vt proprius ad rem  
 veniamus, S. S. loquitur, ad *πνευματικούς*, i. e. ad homines cognitionis  
 quodam vsu praestantes; alio modo ad *τραχίους*, *γυπτίους*, rudiores lecto-  
 res, qui rerum tantum externarum imaginibus ducuntur, quae in sen-  
 sus cadunt, sublimioris autem eiusdam institutionis atque exercitii  
 sunt adhuc incapaces. Exemplum igitur habent omnes christianaee do-  
 ctrinae interpres & suasores, quod sequantur, ad quod optimam ho-  
 die conformare studeant institutionem. Operae saltim pretium me fa-  
 turum putavi, si breui libello hoc tam frugiferum argumentum recen-  
 serem; & tractarem ipsa de ratione, necessitate, utilitateque huius tam  
 diuersae methodi, & ex Nouo Testamento ea colligerem loca, quae  
 non obscure produnt, & Christum & Paulum ista sapienti *discipulorum* vlos  
 fuisse

fuisse; tum vero & demonstrare annitar, a Philone inde vsque ad Originem, immo ad Augustinum vsque, hoc in tradenda publice priuatimque religione discrimen, fuisse obseruatum. Sed priusquam ad hunc laborem, iuueni mihi academico satis arduum, me accingam, lectorem benevolum rogo, vt nil perfectum omnibusque suis numeris absolutum a me speret, neque *κριτωτατο*, vt aiunt, atque acerrimo hanc dissertationem perlustreret oculo; sed vt benignum se praebeat arbitrum huius qualiscunque laboris, quem Patronorum iussu hoc omine suscepit, ut virium mearum modulum ipse experirer.

### §. II.

Sacrae Scripturae illud corpusculum, praecipue qua complebitur primos christianorum libros sacros, est fons & principium omnis christianae religionis; & per sapientissimam Dei *έκκλησας* omnia in eo sunt comprehensa, quae ad salutem vntium veram, perpetuam, sunt necessaria. Ista videntur omni dubio carere; sed quilibet eriam, qui sine incertis de inspiratione opinionibus hos libros perlustrauerit, statim reperiet, non ex omnibus illorum partibus, doctrinam de religione christiana aequali iure & modo posse colligi, quia, e. c. magnam certe partem non solum iudaicas continet historias, humanas & a religionis sensu & vsu alienas, sed & tam frequentes variasque temporum hominumque opiniones; vt iam copiosus hoc confirmari non opus sit. Atque eti religio christiana ex libris Noui Testamenti praecipue deriuatur, tamen & hic diversitas & varietas argumenti reddit; magna enim pars est historica, seu de rebus hominum varie gestis narrans; christianorum adeo, qui adhuc *μητροί*, *σαργάνοι* fuerunt, mediocria religionis describens exercitia; minor pars, si ad copiosiorem istam comparatur, constat ipsa doctrina, quae destinatur hominibus maiorum votorum studiosis, *τοῖς πνευματινοῖς*, qui aut nunquam imbiberant Iudaismum, aut rejectis iam opinionibus pristinis, Christi nobiliorem doctrinam erant sequuti, *πνευματικά* tantum ab eo, eiusque in diuiniori regno sperantes

beneficia, non mille annorum humanam vistitam voluptatem &c. Itaque facile commodo lectori persuadetur, a nobis, qui tot post saecula iam viuimus, feligendas esse ex tot libris istas partes, quae ad doctrinam puriorem fidei, & morum castiorum pertinent, & quae nostro tempori, nostro cogitandi modo tam commode conueniunt, ac isto tempore Christi & Apostolorum solebat tempori hominibusque aptari. Aliae vero partes, historicae, quae antiquorum hominum, aut Christo apostolisque coaeuorum tradunt vistitas ideas & sententias, & iis quidem, quae tunc in vñ fuerunt phrasibus: alium omnino in locum sunt reponendae, & minime a nobis ad nouum ipsius religionis argumentum referendae. Atque, quod attinet ad idearum pristinarum, aut varie coeuntium, originem & historiam, vtilitate varia minime aut caruerunt istae S. S. partes, aut hodie omnino carent; sed nos id admonemus, ad veram perfectioremque religionis christiana imaginem nihil ex illis redundare emolumenti. Nempe res morales earumque ideae longe alias sunt rationis & iuris, ac res illae physicae, quae in omnium hominum sensus pariter cadunt, nec differunt iudicia hominum, de arbore, monte, aqua &c. Sed longe aliter habet vñus ille internus iudiciorum de rebus moralibus; exinde oritur & continuatur perpetua illa diuersitas hominum, qui religionem, ex scriptura sacra, vt faciunt, hauiendam, pari studio & seruore omnes amare & colere possunt; licet externis ritibus aut loquendi formulis quam longissime sint distincti. Nec S. S. praeire potuit modum intelligendi tales res morales (e. c. homines redenti, saluati, conciliati per Christum; per sacrificium, per *λύτρον*, regenerati per baptismum in verbo, in spiritu &c.) vnicce optimum, propter legentium infinitat per secula diuersitatem, itaque & iste modus intelligendi tales res, semper variare & differre potest, si vel maxime retineantur eadem phrases & descriptiones talis rei, cuius natura non subest sensibus. Nam, vt maneamus in hac cauilla, redimere de hominibus & proprie valet, & improprie; sacrificium, expiatio, redimere a lege, similiter. Rem illam ipsam, nouum statum hominis, tam illi ex perti

peri sunt, qui *proprie* illas phrases intellexerunt, quam isti alii, qui *improperie* talia dici & scribi statuerunt. *Regenerantur* homines, qui *verbis*, ut loquuntur, *vim cum aqua coniunctam esse* statuunt; *regenerantur* & illi, qui hoc negant, atque a Lutheri durioribus phrasibus, de aqua *deificata*, cum deo *permista*, omnino abstinent &c. Scilicet lectores, qui quotidie augent facultatem & usum cognoscendi, semper aliquid adiungunt, quod nec scriptura isto tempore expresserat, nec hic ille interpres voce exprimere potuit. Nec est, quod reprehendamus hunc varium intelligendi modum & usum; nisi velimus obstatre felicibus religionis christiana in ipsis hominibus incrementis; *praestantia* saltim nostrae religionis minime sic est describenda, ut christiani omnes nihil aliud, nihilque aliter intelligere debeant in scripturae sententiis, quam quod sic omnino intellexerunt, aut primi illi christiani, quos falso solent multi omnibus animi cognitionisque exornare dotibus; aut hi illi interpretes, nisi simul praeseramus externe coniunctionis adiumenta, istis internis christianorum experimentis. Νηπιοι, ασθενεις fuerunt multi e primis Christi & Apostolorum discipulis; adultiores tandem multi, cum Paulo, ea abiecerunt, quae νηπιοι tantum conueniebant. Itaque minime negligenda, verum veneranda est Dei ista sapientia & aptissima institutio, quae ipsis mediocribus christianis ita dedit operam, ut perioribus nullum crearetur impedimentum; ut & ad nos eadem religio, sed magis simplex, & perfectior transmitteretur, purgata a variis ipsis, illorum temporum, historicis adiumentis. Aberant multi e primis christianis, quidni fateamur? a vero & perfectiori christianismo, ab illa αληθειᾳ, quam Christus & Paulus aliis sic praeiuit, ut semper hiceat, αφεντας, quoconque, των αρχην των Χριστιανογονων, (historicum certe argumentum est & externum) φερεσθαι ἐπι την τελειοτητα, Hebr. VI.

### §. III.

Plerique, qui ad interpretandam S. S. accedunt, eam omnino & uniuersam sic considerare videntur, ac si, ratione omnium partium

A 3

&

— — —

& sententiarum scripta esset ad uniuersum genus humanum; quum tamen primum & ἀρχης in usum singularum societatum eius temporis, & hominum loco & tempore tunc iunctorum, sit composita. Omnia igitur magis perspicua atque dilucida fiunt, si unicam tantum illam interpretandi adhibeamus regulam: illum omnino sensum, seu complexum idealium esse hermeneutice verum, quem isti, quibus illa scriptio definita fuit, primo statim aspectu perspicere poterant. Iam sacri libri sunt vetustissimi, ideoque seruant etiam eius temporis proprium characterem, atque ab isto vetusto vel temporis vel gentis, cui destinabantur, ingenio, non absunt; absunt autem hoc iure, a nostro, quorum cognitio post tot saccula non potest non esse alia, atque anterior aut magis definita. Nos igitur rem, doctrinam, institutionem si qua inest (nec enim cunctis partibus sacri codicis eadem dos inest) teneamus, sed illo nostro modo informemus oportet, qui nostro conuenit temporis; ista doctrina, & institutione ad nostram vitam, ut maxime possumus, felicitatem. Itaque nobis sane non opus est, ut summum in locum quasi euehamus, familiares istas domesticas historias ac narraciones, quasi in illis insit, communii praecipuo emolumento, aliquid πνευματικούς & καθόλους utilitatis, ad omnes omnium aetatum homines; aliter non explicamus veterem librum, ex veteri consilio, sed nouum sensum ultra adiungimus. Manet Scriptura S. principium & fons limpidus nostrae religionis; sed inde hauriat unusquisque, quod ipsi maxime fru- giferum sit, quo & vratur quisque ad procurandam maiorem salutis suae & vitae christiana (quam hodie vivimus, non isto tempore) perfe- ctionem. Non ad omnes eadem est utilitate haec vel illa pars sacrae scripturae, nec illa omnes eadem ratione vi possunt. Distinguendi semper sunt οἱ νηποὶ & οἱ, quibus lacte amplius non opus est, qui propius τὴν τελειοτήτα attingunt. Ipsa scriptura id affirmat; ipsius εὐχ- oμένων sapientem esse, sapientissimam, Deum πολυμέγως \*) & πολυτέ- πως

\*) Πολυμέγως non significat sa-pe, aut multifariam, sed per multas, varias partes; haec nemp̄ fuit ratio reuelationis diuinæ per prophetas, omnem

*πασ* patribus olim locutum fuisse. Nec nostro tempore 'eadem' ratione ad nos loquitur Deus; omnibus quidem christianis ἐν πνευματι καὶ αληθείᾳ eum adorare licet; sed modus, quo id faciunt, valde & variat, & variabit.

§. IV.

Qui igitur doctrinae christianae suasor christum doctorem imitari cupit; is semper respicere debet ad discrimen loci sui, ad temporis diuersitatem, & ad ceteras res, quarum videmus Christum in tradenda religione semper habuisse rationem. Nostro adhuc tempore sunt, iisque non pauci, qui nisi *τρεπάται* & *σημειά* notionum certe, videant, istorum quasi in loco, qui tum viuebant, christianam religionem perire putant. Iffi *σαξινοί*, *μηποί*, *ἀσθεῖοι* vocantur, & in eorum numerum maxima hominum pars est referenda, qui non rationibus e quadam philosophia, ipsaque religionis praefontia desumptis, sed rerum imaginibus, quae sensibus sub sunt eorumque crassiori fingendi modo adaptantur, commouentur. Ad hos instituendos non sufficit, veritates nostrae religionis simplices omnique destitutas sarellatio tradere; sed adhibendas sunt historiae aliisque quasi apparatus, quibus harum veritatum puram simplicitatem inuolumus, ut vis imaginandi talium hominum semper aliquid habeat, quod quasi palpet manu, quod impulsu & admirationem ad eos secum ferat. Admittunt sine vlla dubitatione testimoniorum auctoritatem; ideoque & facilius doctrinas saluberrimas, quae hisce auctoritatibus, quas adiungunt, niti videntur, in vsum suum conserunt. Laetè illis opus est, quia τὴν σέργεα τροφὴ nondum sunt adsueti. Sufficit τοις πολλοῖς quaedam quasi solemnis christianae religionis summa, symbolum apostolicum, catechismus, ut dici solet; sed parum tamen suae prouinciae sa-

tis.

omnem suam voluntatem & integrum per Prophetas Deus non renewauit final & effusa quasi omni mensura; (nec enim potuit;) sed quantum temporum illorum conditioni accommodatum erat. LIM

BORCHIVS.



— — —

tisfecerint ii, qui promouendis p̄iis doctrinis praefides & antistites ele-  
ti, praeter illa rudimenta nihil aliud ipsi intelligere & obseruare velint  
nisi quod populus christianus vtunque suam in rem statim conuertere  
queat. Sunt enim & πνευματικοί, qui non contenti sunt hisce histori-  
cīs adminiculis, aut lacticiiniis; sed σεργεαν quamdam flagitant τρόφην, qua  
animum suum, πνευματικούς προχρήστους iam adfuercentem nouis admini-  
culis, fortius pascant nutriantque. Ad hos de diuinitate & praefectia no-  
straे religionis conuincendos in eaque instituendos, philosophia quadam  
christiana opus est, vt hoc nomen olim late & certo valuit; quae in  
se clara & perspicua diuinitatis habeat documenta, sine historicis inu-  
lucris & singularibus narrationibus. Plebi quidem saepissime ac imperi-  
toribus opera danda est; sed nonnumquam etiam his, qui ingenii  
quadam facultate & suo intelligendi vsu imperitam multitudinem longo  
intervallo post se relinquunt, humiliorum adiumentorum impatientes.  
Non omnium est η γνῶσις, I Cor. VIII, 7. quo carmine non imperat  
Paulus, vt omnes eamdem cognitionis perfectionem sibi vindicent;  
sciebat enim, non designatum & stabilem cognitionis ambitum locum  
habere, qui ita sit suis finibus circumscriptus, vt nunquam variari  
possit. Variemus nostram institutionem atque τοῖς πελλοῖς relinquamus  
τὴν στρέψην, humiliorem cogitandi vnicum modum; sed & aliis per-  
fectioribus τῷ πνευμα nostrae religionis repraesentemus, eosque σεργεαν  
quadam nutriamus τρόφην. Sed & hac in re imitari debemus c̄le-  
men̄ t̄m alexandrīnum, neque omnia omnibus effutire: is enim  
Stom. lib. I. pag. 276. sic de se dixit: ταὶ μὲν ἔκαν παρεπεμπομέν,  
ἐκλεγον ἐπισημονας, φοβημένος ψυχαρεν δὲ καὶ λεγεν ἐφυλαξθεμέν. ἐτι  
περ φθονων. ὁ γαρ θεμις. δεδικ δε, αὔτη. περ των ἐντυγχανοντων,  
μη τῇ ἑτερων σφαλειν, καὶ ταῦτι μαχαιριάν δρεγοντες ἐνοθωμεν.

### §. V.

Necessaria itaque, quam maxime necessaria, sunt πτωχα illa  
σορχεα, prima religionis in usum imbecilliorum rudimenta; & mini-  
me

me debemus illa parui pendere, aut tamquam nostro tempori inutilia spernere. Πολυμερως & πολυτροπως ipse Deus olim patribus locutus est; & doctoribus seculi decimi octaui adhuc necesse est, hanc sapientem δινομεμηνην imitari, semperque videre, cum quanam ingeniorum, rudium aut exercitatorum classe ipsis res sit. Atque si haec non negligimus, facile etiam satisfaciemus iis, qui nostro tempori & novo cui-dam cogitandi modo sic sunt adsuerti, vt etiam in vetustissima narratio-ne requirant nostrae aeratis ingenium, vtque postulent, resecanda esse ea omnia, quae referuntur ad istius temporis & loci homines, immo ob hanc scripturae συγκαταβασιν, & τοπικην quamdam idoneitatem, aspernentur ipsam, religionem christianam. Quodsi horum voluntari atque iudicio velimus aliquid concedere, suo eodem iure alii obstabunt, postulan-tes, vt ne paucorum in gratiam, qui sibi sapere plus quam alii vi-dentur, historiarum auferatur vetus auctoritas atque exemplorum illud lumen. Itaque quum Christus & Apostoli diligenter ipsis seruauerint discrimen inter της πολλας, qui per parabolas, subobscurius institueban-tur, quia ferre clariora nondum poterant, atque inter paucos, quasi τελειους, quibus longe minus opus erat istis variis narrationibus, & miraculis, quibus isti alii carere non poterant: parum aequi sunt iudices, qui tam impudenter flagitant, vt ad istorum, qui nostro tempore viuunt, exercitium atque ingenium S. S. omnis iam sit comparata, spretis atque contemnitis vetustiorum temporum tot sociis. Quod si autem opinantur, facile libros sacros potuisse ea ratione confici, vt nemini, posteriorum studiorum amatori, displicere vlo modo potuerint: faciunt profecto intelligendo, vt nihil intelligere, hominumque atque temporum varia ingenia plane ignorare, videantur. Licet, nec enim vi atque gladio ingenium animumque horum hominum emendabimus, quod vel Julianus noluit; licet, vt & ipsi secedant istorum in partem, qui & Christum doctorem nouum arrogantius spernebant, & doctrinam suam μω-ρειν putabant; sed nobis non persuadebunt, vt ipsos eligamus duces ad veram, quam ipsis ignorant, salutem. Nos enim veneramur istam

B

Dei

Dei *euangeliorum*, secundum quam ad cuiuscunque ingenium & cogitandi modum vel tenuiorem vel subtiliorem in S. S. locutus est. Hac ratione omnes & *coquuncos* & *trivulcinos* eius generis quid in codice sacro reperient, quod ad eos emendandos & omnino iuvandos, certo faciat. Vix inuenies librum, quo & docti & indocti pari vtantur vtilitate, ex quo vriue vberes fructus ad perfectiorem salutem colligere possint; sed quae Dei summa est sapientia atque benignitas in sacris christiano-rum libris, istum reperimus thesaurum, quo cuilibet ditescere licet, ex quo quilibet tantum sibi sumere potest, quantum ipsi sufficiat ad sapientium, & ad bene beateque viuendum, & ad omnem *naufragiam*.  
 Huc pertinet locus quidam ex *WETSTEINI libellis ad crishm N. T.* quem operae pretium duxi hic transcribere: Si eo tempore, quo libri N. T. scripti sunt, concilium virorum optimorum & prudentissimorum fuisset conuocatum, ut deliberarent, quo pacto religio excogitari posset, quae Iudeis & gentibus, doctis & indoctis, sua se vtilitate & simplicitate commendaret, quae, breuissimo tempore, magnam orbis terrarum in melius conuersationem efficeret, quae idolatriæ radicibus cum fructu extirpandis, dogma de uno Deo, mundi restore stabiliret, hominesque a feritate ad humanitatem & mutuam benevolentiam reuocaret, atque ad studium virtutis vehementissime incitaret: non aliam meliorem excogitare potuissent ea, quae in N. T. cum omnibus suis partibus, miraculis, testimoniis, parabolis &c. continetur. — Haec consideratio luxuriantia nostri temporis ingenia, quibus religio christiana vix placet, debebat compescere. Quid enim? an intra tot Saccula, quae ab eo tempore effluxerunt, aliquid melius fuit excogitatum? an ipsi habent, quod in locum quasi indignioris rei substituant? annon iniquum & stultum est, rosas abiicere, ne spinae forte quaedam offendant? aut domum diruere, quia vsum vnius fenestellae non perspicis?  
 Haec aliaque cogitent, quaequo, quos ista S. S. pars offendit, in qua *tau*  
*mtois*, *coquuncos*, operam dari videmus; forsitan tunc melius intelligent, quid sit, quando Deus dicitur Iudeos iam istos *recompaginatus* Ad.  
 XII, 16.

XIII, 18. & quid sit tum η χειροτης, και φιλανθρωπια, tum η πολυ-  
πομπης σοφια τη θεο! & tunc fortassis cum Paullo exclamabunt: ο  
βαθος πλευτε και σοφιας και γνωσεως θεο!

## §. VI.

Nunc mihi his etiam occurrentum esse videtur, qui hac di-  
uersa, in religione tradenda adhibita disciplina, omnem funditus peritu-  
ram credunt religionem. Ecquam vero? Formularum, & sententiarum  
varietas, simul etiam animi christianam indolem auferet? Ipsa igitur  
religio, vt mentem impellit ad perfectam virtutem manet semperque  
manebit, et si facies eius, vt ita dicam, externa semper erit alia. Nam  
fieri non potest, vt cognitio christianorum certis quibusdam circumscri-  
batur limitibus. Nobis enim distingendum est inter externam & inter-  
nam religionem. Haec me docet, qua ratione animi motus emendare,  
& Christi sanctissimis praeeptis conuenienter viuere possim; externa  
autem religio statis & certis peragitur caerimonii, doctrinarum formam  
continens, cuidam tantum loco aut quibusdam conuenientem temporib.  
Huius rationem principes definire & variare possunt; mandare  
etiam, vt istae vel illae caerimoniae, istae vel illae doctrinae obseruentur  
& doceantur publice; aliaeque, quae non amplius huic nostro tempori  
conuenient, abrogentur. Quemlibet christianum oportet hisce ac-  
commadare doctrinis, quae publicam quamdam obtinuerunt auctoritatem,  
nec ab illis vlo modo secedere, aut eas suo ipsis arbitrio publice mutare  
velle; obedientium enim est, quoad licet, magistratibus. Internae autem  
religionis ratio ad Deum solum auctorem & ad conscientiam viuis cuius-  
que pertinet; continet rerum spiritualium imagines & adiumenta,  
ex quibus quilibet ea sibi desumere potest, quae ad ipsum pertineant,  
ad continuam emendationem vitaeque sanctitatem. De aliis doctrinis,  
quae in N. T., non nostra causa, sed istorum hominum studio, recen-  
sentur, quarum necessitatem aut utilitatem ad nos non perspicimus:  
non opus est, vt ex talibus partibus potius utilitatem quaeramus, quam

ex aliis. Animi enim ipsa religio interior libera est, immo liberrima, rei autem publicae causa sic fert, vt publica religio suo iure & praesidio non careat; quia plerique omnes interna illa libertate ipsi ut sine administris & adiutoribus non possunt. Manet autem eadem res, idem beneficium, quod describitur per Christi sacrificium, λυτρόν, ἀπολύτρωσιν, sive *proprie* atque ad litteram describatur; sive *impropriæ* illas res describi quis statuar, ut paulo ante iam monuimus. Mutantur ideæ, aut descriptions rerum; sed ipsæ res manent; seruantque eundem locum quasi & gradum, quod attinet ad animorum motus, quibus christianismus constat. Itaque in quemlibet ex hac veritate eadem redundat utilitas, sive hanc sive illam eius imaginem sibi informeat & notionem. Omnibus omnium christianorum festis licet Deum εν πνευματικῃ αληθεᾳ adorare; & si hoc fecerint, summam adipiscuntur beatitudinem, et si quaelibet festa ab altera, varie in externa illa religione informanda, abeat. Nempe si recte arbitror, (sic scripsit V. S. V. SEMI-LERVS, theol. dogm. lat. §. 8.) ipsa religio christiana, quæ hominis animum salubribus & regulis & moribus sic adsuetudine, vt Deo per Christi auctoritatem, dignissime vtratur & fruatur, non continetur in hac illa formula, quae Deum describit patrem, filium, spiritum sanctum; siquidem ecclesiastica sunt illa dogmata & decreta, quae ad peculiarem aliquam certi temporis & loci referuntur societatem; & quae sequuntur, multa enim lectione dignissima ibi occurunt.

### §. VII.

Paucis nunc adhuc differendum est de ea, quae ex hoc seruato discrimine inter τεος σάρκας & τεος πνευματικας in rem christianam & disciplinas theologicas, redundat utilitate. Primum omnium sece offerunt alterationes & rixae, quibus theologi fere quotidie contra eos pugnant, quibus Naturalistarum & Deistarum nomen inhaesit; harum credo magnam partem cessatarum, si diligentius tantum obseruaremus hoc discrimen, neque flagitaremus, omnium (licet tempore & loco tam diui-

diuisorum) christianorum, eamdem esse debere cognitionem. Maxima pars horum Naturalistarum, qui saepe sibi soli sapere videntur, admittit praecepta moralia & fidei christiana omnia, quae ex ratione, ut loquuntur, intelligi, aut cum ea bene coniungi possunt, & quae ad vitae morumque ~~καλωνεργαθιαν~~ perfectiorem aliquid conferunt, sed non lunt communi nomine christianorum comprehendendi, quia credere nequeant, quod soleat praecipi, christianam religionem constare historiis, miraculis, & mysteriis; his condicis fidem denegare non licere, quia omnino necessaria sint ad salutem. Eius rei caussa exemplum vel illud liceat afferre, *Anonymi* istius, (Hamburgensis antea Correctoris alicuius R . . ) qui in articulum de trinitate verboissime inuehit. Fateamur necesse est, hoc esse quasi περὶ τὸν Φεδοντό & principium talium altercationum & conturbationum, quod non numquam aliqui minus sapienter & prouide age-re solebant, ut multi quasi offendant ad duriores sententias theologicas, quae reuelationem ipsarum *idearum* laudant, quas tamen theologi, antiquiores, recentioresque, repererint ipsis, non animorum illuminandorum caussa, sed ad externa temporum suorum consilia promouenda. Itaque sine caussa statim *mysteria obici*, si quis exercitati ingenii audeat ipse talium *notionum* caussam studiosius requirere, &c. Hic ego ausim arbitrari, quod si sincerum tantum, ut ita dicam, christianismum & successum religionis potius quam auctoratum multarum, procuraremus; si locum daremus auctis ingeniiis, alia autem *virtutis* destinata, etiam his solis relinquemus. Multo certe facilius placaremus istos, siue christiana religionis siue theologiae durioris, hostes; si que vitae ipsa decora deo nos propiores monstrarent, mihi fere persuadeo, paucos tum fore, qui talem christianismum, hominibus tam salubrem & frugiferum, essent oppugnaturi. Hic saltim vix aliquis fese contineret, quin dicat: beatus ille, qui sic credit & viuit; facillime enim, de diuina huius religionis praestantia possit conuictus esse, licet de reuelatione ipsarum *idearum* & formularum non possit. Atque sic iam *Lutherus* fatebatur, nobis non opus esse nomine *epocetas*, *Chemnitius* reprehendit nomen Dreifal-

tigkeit; *Hunnius nomen & numerum personarum permisit arbitrio vten-  
tium aut non vtentium.* Sed hic vitio variorum libellorum accidit vt  
vel noster populus sit ira adsuetus his ipsis terminis, vt vix eripi sibi pa-  
triatur, quia religionem ipsam putat inesse. Igitur & multi doctores  
pergunt, patrum ecclesiae dogmata, (quae non fuerant plebi destinata,  
sed clericis,) & mysteria illa ecclesiastica, nullo adhibito ταῦ σαρκῶν &  
πνευματικῶν discrimine, defendere, vt veritates coelestes maximeque  
necessarias & cum religionis quasi anima coniunctas. Sed cum istae  
ideae non sint coniunctae propius, cum mentis nostrae noua perfectio-  
ne; & historia luculentiter doceat, multorum malorum, & infortunio-  
rum lugubrium opportunitatem potius ab improbis hominibus facilime  
quaesitam fuisse per ista mysteria seniora; certe non mirum est, infi-  
delium & ἀπίστων numerum quasi quotidie augeri, quia nolunt admitt-  
tere haec mysteria. Multo sane diligentius tractanda est doctrina chris-  
tiana, si reuocare volumus tam multis quasi in viam; eosque adduce-  
re ad animi sanitatem recuperandam. Iussit certe Paulus ipse, vt tem-  
pori studiant doctores probi & fideles, Rom. XII, 11. Christianam religio-  
nem persuademus, si homines eo adducimus, vt beneficia dei patris, be-  
neficia Iesu Christi, filii dei, & spiritus sancti, continuo ynu admittant:  
christiani sunt & manent, sive Sabellianam, Arianam Socinianam hy-  
pothesin ipsi sequantur, atque sic ab externa quadam societate vtrō diffe-  
dunt. Non ignoro, alios aliter hic sententiam laturos; atque hoc licet.

### §. VIII.

Hoc discrimine obseruato etiam religio christiana in dies ma-  
gis magisque propagabitur; illo pothabito, multi, nec imperiti nec  
improbi homines hoc illo dogmate sic offenduntur, vt parum absint,  
quin vniuersam religionem abiiciant. Narrat *Baylius*, (qui maiorem  
vtilitatem religioni attulisse videtur, quam multorum theologorum li-  
brorum polemicorum numerus,) *Dictionnaire H. & C. Art. Socin.* (L) de  
*Camphuysenio* quodam: illum prouum fuisse ad relinquendam omnem  
reli-

religionem, donec incidenterit in illos libros, qui docerent, perpetuos ignes & aeternos cruciatus non esse. — Quod iste de unico quodam systematicae theologiae capite narrat: idem apud alios de aliis solet locum habere. Nec enim fieri potest, ut doctri & indoctri, rudes atque exercitatores eadem ratione doctrinarum modum forment; inde a scholasticis ipsis doctoribus multis exemplis hoc illustrari posset. Nec ipsi antiquiores christianaे religionis doctores unum eundemque modum docendi tenuerunt. Videantur hanc in rem *Iustini Martyris cohort.* ad *Gentiles* pag. 14. 15. *Clementis alex. securiores*, & *Euseb. praep. euangel.* Lib. XIII, cap. 15. & qui instar multorum esse potest, *Auguſtini eximius* locus, (de catechizandis rudibus,) quem excerptis post *Hyperium Vener.* praesets, in apparatu ad libros symbolicos, de catechism. Lutheri pag. 199. Aliter cum his agere debemus, qui ex gentilitate, aliter cum illis, qui ex Iudaismo veniunt; aliter cum urbanis & politicis, aliter cum agricolis & prorsus incultis; aliter cum grammaticis, oratoribus, philosophis, aliter cum illiteratis; aliter cum his, qui foedis peccatis antea fuerint assueti, aliter cum his, qui inculpare viuere vissi sunt, trahere omnia. Hunc modum propagande religionis imitari debemus, neque statim imperare, ut ratio fidei seruiat. Olim non pauci a religione omni discesserunt, non aliam ob causam, nisi quod suum cogitandi modum sequi iis non licebat. Lectu dignissimus est locus quidam in *Auguſtini libro de utilitate credendi*, Cap. I. Nostri enim, Honorate! nos non aliam ob causam in Manichaeos incidisse, nisi quod se dicebant, terribili auctoritate separata, mira & simplici ratione eos, qui se audire vellent, introducturos ad Deum & errore omni liberaturos. Quid enim me aliud cogebat, annos fere nouem, spreta religione, quae mihi puerulo a parentibus insita erat, homines istos sequi & diligenter audire, nisi quod nos superstitione terrori & fidem nobis ante rationem imperari dicerent: se autem nullum premere ad fidem, nisi prius discussa & enodata veritate. Intelligimus certe, hac vi & methodo, nihil profici ad propagationem & commendationem religionis; apud aliquos

hac

hac methodo vtendam esse, olim multi statuerunt; (*compelle intrare*); sed nobis non placet, nec omnibus conuenit. Paulus Iudeus Iudeus, & imbecillis imbecillis sit, vt ad christianismum amplectendum eos facilis adducat; sed ecclesiastici seniorum doctores, quia imperio & potestate vti abutique poterant, longe recesserunt ab hac prudentia pastorali; ideo fieri solet, vt multi vix externam amplectantur religionem, subire nolentes aliorum imperia in mentis propriam facultatem. Hi facillime sensim possent adduci ad Christi castra sequenda: si plures essent, qui Paulli diuinam imitarentur ἐκπομπαίς. Nostri temporis adiumentis cunctis vti licet omnibus, qui possunt; bene iam Clemens alex. suo querebatur tempore: οἱ πολλοὶ δὲ καθάπερ οἱ παιδεῖς ταῦ μερισμένα, ἔτως δεδούσι την φιλοσοφίαν, φοβζμενοι, μη απαγαγγεῖσθαις. Strom. lib. VI. pag. 65.

## §. IX.

Quod si, quum ad interpretandas S. S. accedimus, huius discriptionis semper habuerimus rationem; tunc certe multum exinde in theologiae exegiticae studium redundabit verae auctoritatis. Bene enim Erasmus: „Accedit quoque lucis nonnihil ad intelligendum Scripturae sensum, si perpendamus, non modo quid dicatur, verum etiam a quo dicatur; cui dicatur; quibus verbis dicatur; quo tempore, qua occasione, quid praecedat, quid consequatur. Aliud praecepitur rudi populo, aliud apostolis, aliud his adhuc rudibus, aliud formatis iam & institutis. — Quod si libros N. T. planius & plenius intelligere cupimus, induamus est necesse personam illorum, quibus primum sermo vel Epistola inseruit; Sic reperiemus, non omnia nobis scripta sic esse, neque omnia omnibus huius temporis hominibus. Multae S. S. sententiae ad homines tantum istius temporis isto modo directae sunt, nec nobis constituant regulam, & limites intelligendi. Christus & Apostoli non repererunt\*) nouum loquendi genus, nec reliquo communi opinandi modo inusitatum aut inauditum παιδεῖας τρόπον statim adhibebant; sed secundum

\*) Oratio dominica e. c. constat usitatiss inter Iudeos formulis.

secundum Iudeorum loquebantur modum cogitandi, & iudaicas plerumque sequebantur notiones, ut eas corrigerent. Itaque de hominum istius temporis opinionibus, multa ex hisce historicis documentis colligi possunt; sed quum κατ' ἀρχαῖς pleraque dicta sint, nos nullo modo obstricti sumus, ut illis, sic ipsi acquiescamus. Excerptamus ea, quae ad nos \*) pertinent, & secundum nostrum cogitandi modum ea exprimamus. Sed caueamus etiam, ne nostram cognitionem in N. T. inferamus, omnemque hodiernam intelligendi rationem in eo iam reperire & monstrare velimus.

§. X.

Pauca adhuc admonebo de utilitate huius inter τὰς σοφ. & τὰς πνευμ. discriminis in theologiam dogmaticam. Hanc quotidie videmus & plebi & doctioribus destinari, quum tamen eius usus nemini nisi theologia ipsis conueniat. Aurea enim est BENELITI sententia: *doctoris non est docere, quae ipse fecit: sed quae auditoribus congruunt.* Perpauci tamen religionis antistites hanc regulam obseruare videntur; nam non solum pro concionibus publicis explicatur theologia ista dogmatica, verum etiam pueris; hos oportet omnia ista dogmata de trinitate, de satisfactione Christi vicaria, aliaque memoriae mandare; & tunc contenti sunt praeceptores, & pueros religionem christianam bene tenere sibi persuadent; quum tamen plerumque ne verbum quidem de vera religione, qua Deum ἐν πνευματικῇ καὶ ἀληθεϊκῇ colant, audierint. Sed quare quae non distinguimus pueros & doctos? quare non imitamur primos christianas religionis doctores, qui semper hoc obseruarunt disserimen? Cur non potius tradimus pueris puram & simplicem religionem, omissis hisce disputationibus, quibus eruditii excentur, non christiani iuuantur? Cur obliuiscimur, diuinis illis praeceptis morali-

bus

\*) De interpretis, ratione τῶν πνευμ. & τῶν σοφ. prouincia vid. SEMLERVS in institut. brev. ad liberal. erud. theol. §. 56.

C

bus puerorum pectus imbuendum esse? Haec pertinent ad verum christianismum, & his in succum & sanguinem versis, existit homo ille Paulinus; qui deo placet, & hominibus est carus. Resecemus (aut saltem faciliori modo explicemus) istos articulos ex nostris catechismis, qui ad doctos pertinent, & eos tantum retineamus, quae faciunt ad cognitionem Dei & animi facilem emendationem. Vnde quaeso venit, quod pueri solita hac institutione instruti, quum tamen aetate & cognitionis vnu progradientur, omnem fere ipsi abiiciant religionem? Vos in culpa estis, praeceptores, vobis demandatum erat, pietatis vero & facilis vnu pueros imbuere, sed vos illos imbuistis inutilibus quibusdam ideis, quarum siccitatem inutilitatemque postea rident atque omnem aspernantur. Nec debemus docendo commiscere plebeia ingenia cum mitioribus mentibus & alacrioribus ingeniis; populus enim & ἐπελλοι emendantur minori ministerio λογικη, quam ingenia cultiora. Sic religio commendabatur olim, qui vero μυσηρων multam copiam per secula tempora induxerunt; christianam religionem ab hominibus quasi abegerunt; & miris verbis potius quam pietatis exercitiis omnia impleuerunt. Doctis multa licet dicere & explicare; ἀλλ' ε παντα συμφερετ τοις νηπιοις! Videatur SEM LERVIS in theol. dogm. lingua populari scripta, §. 56. 57. qui plura habet hic facientia.

## §. XI.

Hicce de ratione, necessitate & utilitate huius inter τρεις οὐρανους & τρεις πνευμα, discriminis praemissis, differendum mihi nunc est, de ista diuersa disciplina, ut quidem in libris N. T. in primis occurrit; qua in re sequenti ratione versabor: primum colligam loca, quibus Christum hoc discrimen obseruasse evincatur; & tunc ostendere conabor, & Paullo valde familiarem fuisse hancce diuersam ὄντος φύσεν.

## §. XII.

## §. XII.

Iudeorum religio tempore Christi valde superstitionis erat, plausus fere inutilis ad morum animique emendationem; omnem pacem religionem ponabant in obseruandis externis ritibus & caerimoniis, quas a maioribus acceperant. Nec felicior erat ille status publicae priuataeque religionis apud Graecos & Romanos; huic vitio communi, cum Christus occurrere & perfectiorem religionem informare debuit; neesse erat, antequam sana & iusta religionis principia clarissime proponeret, ut veterem idearum modum ipse paulisper pateretur, adhiberet, & sensim deum corrigeret. Iudei enim doctrinae simplicitatem, nudamque ut ita dicam veritatem, ferre & pati non potuissent; & plebs in primis imperita ingenti cuidam superstitioni fere adsuera, castae & liberalis disciplinae non statim fuisset capax. Sapienti igitur & prouida omniuersitatem Christus usus est in distribuenda doctrinae copia, iustaque etiam parsimonia, ne statim profunderetur temere & sine fructu, quod aliis deum, tempore quodam praeterlapsi, longe utilius dispergiendum erat. Non τοις πολλοῖς temere obiecit πάσαν την ἀληθείαν; itaque etiam non omnes sententiae sunt καθόλου, κυριώς dictae & ἔλατος ἀληθείας, (non omnes pertinent ad omnes homines); multae sunt κατ' αὐθέωπον & κατα συγκαταβασιν.

Symbola, μύθοι, parabolæ, antiquissimum erant docendi genus; hisce enim iam antiquitus inuoluebant veritatem ipsam \*), ne ab omnibus statim posset intelligi, & ut populus tamen haberet, quod cogitaret;

C 2

itaque

\* ) Clemens alex. Strom. lib. IV. pag. 550. Πάντες δὲ οἱ θεολογοῦσαι, βαρθεοὶ τε καὶ ἐλλήνες, ταῖς μεν δράσεις τῶν πρεγμάτων ἀπειρυψάντο την δὲ ἀληθείαν ἀντιμαστοι καὶ συμβολικοὶ, ἀληθεροῖσι τε ἀν καὶ μεταφοραῖς, καὶ τοιτέστι τισι τρόποις παραδεδωκοσι. Sic etiam loquitur IUSTINVS: Ὅταν ἔπειταν καὶ ἐπομένων οἱ προφῆται, παριβολαῖς καὶ τυποῖς ἀπειπάντων, οἵς μη γαδίος τα πλεῖστα ὑπὸ πάντων νοηθῆναι, κρυπτούντες την ἐν ἀυτοῖς ἀληθείᾳ, οἵς καὶ πονεούσι τας ζητευταξίας ἔνεξεν καὶ μαθεῖν.

itaque & Christum legimus multa per \*) parabolas, quibus πνευμα in-  
eret, tradidisse ad alios. Semper της αὐθεντίας istorum hominum, ra-  
tionem habuit; & quamquam nec ipse nec Apostoli diligentius de hoc  
discrimine inter rudiores & perfectiores admonuerunt, (quia isto tem-  
pore Iudei primi erant eius discipuli, in numerum των σαρκῶν fere  
omnes referendi) tamen si ad Christi disciplinam diligenter attendamus,  
facile inueniemus, semper illud fuisse obseruatum. Ita ipse Christus  
Marci IV, 11. vobis datum est γνῶναι τοι μυστηρίου της βασιλείας της θεού  
ἐκενούς δε τοις ἔξω ἐν παραβολαῖς τα πάντα γνιτεῖν, nominat μυστηρίου,  
licet vulgata esset phrasis, regnum dei. Et Matth. XIII, 11. ἐκενούς δε ὁ  
δεότας sc. γνῶναι το μυστηρίου & v. 34. καὶ χωρὶς παραβολῆς ἐν ἑλλήσι  
τοις ὄχλοις; quod Marc IV, 33. 34. illustratur: loquebatur iis ta-  
libus parabolis, καθὼς ἡδυνατὸ ὀνειρεῖν, sine parabolis autem non  
loquebatur illis; κατ' ᾧδην δε discipulis ἐπελευ τα πάντα, explicauit  
priuatim; publice, quasi occultauit. Rationes quibus Christus adductus  
principue semper ἐν παραβολαῖς locutus est, hae fere sunt, simillimae  
iis, quibus olim omnes poetae, sacerdotes, philosophi, obsequuti fue-  
runt apud omnes gentes: 1) vt attentionem populi, historiis & rebus,  
quae sensibus subsunt tam adfueti, magis magisque figere arque confir-  
maret; 2) iis quibus ingenium erat mitius voluit Christus aliquid re-  
linquere, de quo cogitarent, utique το πνευμα in hisce parabolis inuolu-  
tum elicerent quasi, atque rem ipsam in succum & sanguinem verterent.  
Si enim omnibus clarius Christus descripsisset veram Messiae prouinciam,  
atque indolem regni dei, tunc certe partim οι πόλεις regum veteri for-  
mulae tenaces, tumultum excitassent; partim ali, terrenum somnian-  
tes regnum, eius doctrinam omnino repudiassent. 3) Quia Iudei  
omnesque gentes sub orientem solem hisce parabolis iam erant adfueri;  
ideo

\*) CLEMENS alex. Lib. VI. Strom. pag. 677. Ἐτε ὁ σωτηρ ὅντος ἔτως  
ώς τοις ἐπιτηρεσιν ἐυαλωτα είναι, τα θεια μυστηρία ἀπε-  
Φεγγάτο, ἀλλ' εν παραβολαῖς διελέγατο —

ideo sapientissime doctorum, & prophetarum, quos saepe poetas dicere licet, qui eum antecederant, imitatus est disciplinam.

Huc pertinent etiam *accommodationes* locorum V. T. quamvis alium in iis locis ipsis habeant sensum; talibus accommodationibus Iudei valde erant adsueta (quod in eorum scriptis facile licet videre) si quis vel mediocriter sit adsuetus, ideoque Christus etiam sapientissime, ut eos alliceret, iis est usus. Sed quum nostro praesertim tempore multi viri docti hanc de *accommodationibus* doctrinam iam satis illustraverint, melius duxi, de illis hic non fusius agere, sed lectorem ad horum virorum ablegare scripta.

Quod autem nec discipulis suis omnia statim ab initio exposuerit Christus, patet ex loco Ioan. XVI, vbi in fine v. 4. sic loquitur: *ταῦτα δὲ ὑμῖν οὐχ ἀρχῆς ἐπίστοι,* de suppliciis aliquique malis, quibus Iudei vos afficiunt, nihil quidem vobis antea dixi; sciebam enim diutius me adhuc vobiscum posse versari, & meliorem expectabam opportunitatem, prolixius Vobis declarandi & meam prouinciam & vestram. Si enim iam antea haec vobis dixisset, tunc certe haec omnia pati atque ferre non potuissent; e. c. aliter se res habet, ac vos eam informare soletis; externam quamdam a Messia sperasti felicitatem, sed res aliter habet; subeundae erunt vobis muliae miseriae. Nec Christus aliter agere potuit, quia nondum omnia ferre poterant; nondum ingenium eorum erat tali modo correctum & excultum, ut omnem simplicem Christi doctrinam & πάταγα την ἀληθείαν, perfectiorem religionem, capere potuissent. Ioann. XVI, 12. *ἐτι πελλα ἔχω λεγειν ὑμῖν, ἀλλ' εἰ δινασθε βασαζεῖν αὔτη;* ferre nondum poterant, si illa axiomata iam hoc tempore exposuisset de abolendis omnibus Iudaismi fulcris, & de religione καθόληῃ, quae non Iudeis tantum sed omnibus orbis terrarum populis esset definiata. *Οταν δὲ ἐλθῃ ἕκενος, το πνευμα την ἀληθείαν, ὁμούντεις ὑμας εἰς πάταγα την ἀληθείαν –* ad perfectiorem illam cognitionem earum rerum, quae Messiae veram & dignam prouinciam constituant. Iam scilicet (sic παραφράσει V. S. V. SEMLERVS) multa quasi raceo & silen-

tio inuoluo; tunc vero rem & caussam plane, vt habet, ipsi sensim  
 perspicietis. Ille enim spiritus impertiet sensim nouos gradus cognitio-  
 nis; tandem vero omnino intelligetis, rem longe aliter habere, quam  
 soletis vel ex meis his sermonibus eam informare. Falsissima nempe  
 erat illa de Messiae prouincia notio, ex Iudaismo & Particularismo  
 inepto nata (secundum quam Iudaei tantum Messiae beneficiorum externis  
 participes fieri possint) eam vniuersam Iesus corrigere uno quasi conatu  
 non potuit; sed sensim tantum eius in locum excitabantur aliae ἐνοίας,  
 quas Deo erant digniores. Sic autem habet rerum moralium cognitio;  
 sensim augetur, postquam falsae ideae rerum ipso experimento deletae  
 sunt. Nonnunquam Christus satis clare Iudeos docuit, quanam ratio-  
 ne de ipso ipsiusque doctrina deberent cogitare; το πνευμα nempe esse,  
 quod deberent in dictis suis quaerere, carnem enim, humiliorem cogitan-  
 di modum, nihil proficere ad deo dignam religionem. Sic Joan. VI, 63.  
 reprehendit auditores, quod sint adhuc οὐαγοι, eiusque orationem,  
 quam de carne sua habuerit, non recte, non κατα πνευμα intellexerint.  
 Non locutus sum de carne corporis mei, nam ista minime ζωποι, ni-  
 hil facit ad felicitatem & perfectionem veram; sed το πνευμα των εγ-  
 ματων, ἀ ἐγω λαλω, mentem vestram agitare debet; iste spiritus vos  
 potest adsuferacere meliori cogitandi, agendiisque exercitio. Christi car-  
 nem edere significat igitur, eius historiam externam, sic quasi imbibere,  
 vt perfectiorum rerum caussas intimas praferamus, sicut corpus & car-  
 nem scripturae, historiam externam, distinguit Philo, Origenes, & Cu-  
 balistarum schola; non debemus inhaerere isti externae Christi historiae,  
 in Iudea peractae, sed eam κατα πνευμα, caussis & rationibus repeti-  
 tis, agitare & perspicere, vt inde perfectio maxima in nostram redunder  
 vitam. Hoc omne negat Paulus, se iam Christum nosse κατα σαρκα.  
 Iam ad Paullum eiusque disciplinam nos conuertimus, illumque Chri-  
 stum non solum sapienter imitatum, sed etiam suo tempore frequentius  
 hac diversa disciplina usum fuisse, paucis demonstrabimus.

§. XIII.

## §. XIII.

Dicimus igitur, Christi illam saluberrimam *εἰκονομας* diligenter obseruisse Paullum; hominibus enim danda opera erat liberaliter, partim Iudeis, partim adhuc Iudaizantibus, licet nomine christiano vterentur. Hos sane utroque alia ratione allicere non poterat. Distinguit quidem vera christiana religionis principia, ab istis vel illis de Messia notionibus iudaicis, qualibus e. g. Thesalonenses isti erant imbuti (epist. secunda ad Thess. cap. II.) & hasce κατα σαρξ ideas amolitur, sed hic ibi accommodauit se se istorum lectorum imbecillitati, cui a teneris erant adsueci. Itaque in epistolis Pauli non raro talia occurunt loca, quorum imago non nobis, sed istis primis destinata est Pauli auditoribus, qui erant ex Iudeis. Aliter de eadem re, e. c. de proiicienda omni lege Mosaica, cui locus non est in christianissimo, Paulus scribit Galatis, Romanis & Corinthiis; quibusdam in locis, post aliud tempus, magis ἀλλαγεις, in aliis rursum rem habet cum τοις σαρκυνοις, τοις νηπιοις in Christo, seu in christiana cognitione. Multa Paulus seruauit τοις ἑσω, quia sciebat non omnium esse την γνωσιν, aut λογον γνωστων; πνευματικοις, (hominibus) πνευματικας \*) συγκριει, (1 Cor. II, 13.) perfectiora & sublimiora religionis axiomata non temere cunctis proponit hominibus, sed iiii tantum, qui perfectiori cognoscendi facultate iam gaudent; Ψυχικος \*\*\*) enim αὐθεωπες ει δεχεται τα τα

πνευ-

\*) Πνευματικα sunt hic longe perfectiores ideae rerum a Christo efficiendis & effectuarum, quam quas solebant informare Iudaizantes.

\*\*) Vocabulum ψυχικος deriuatur a ψυχη; & haec vox respondet hebraeae notioni נֶזֶר, ex eaque explicanda videtur. וְזֶה autem notat illos animantis motus, qui se produnt in appetitu, desiderio, auerstione personis. Ut unum tantum afferam locum, haec vox sic sumitur Deut. XXIII, 25. Cum veneris in vineam proximi tui, capies vias נֶזֶר, secundum desiderium tuum. Prolixius hac de re egit Vitringa in obser. fac. (Edit. Ienae 1723.) pag. 559. ubi etiam in sequentibus significationem vocis πνευμα exponit. Beaufobrius ad h. l. citat locum Simeon. V, 2. ἐξακολευσην τη ψυχη; qui eandem confirmat explicationem.

*πνευματος τε θεος* — homo ab omni perfectiori cognitione adhuc alienus, & rebus externis sensibusque tantum adscitus, non potest intelligere, quid sit, Deum εν αληθεια & πνευματι adorare, iudaicis impeditur opinionibus praecognitatis, & Deum tantum Iudeorum Deum, quasi *πνιγωσιν* sibi informat, non omnium gentium aequali omne.

Itaque fatentur etiam ex iis, quos patrum nomine solent appellare, non pauci: temporibus Paulum ut alios Apostolos, multum inservisse, & minime cunctis statim imperasse eundem notionum ambitum. Patrum quorundam loca, quibus hanc diuersam disciplinam describunt aliisque commendant, colligam forte sub finem huius scriptoris; quaedam tamen, quae de Paulli loquuntur επικονιους, statim hic adferam. *Origenes in Leuit. (homil. IV. Tom. 2. pag. 202. edit. de la Rue)*: Hoc faciebat & Paullus, scientissimus pontificum. Qui cum esset in coetu perfectorum, tamquam intra sancta sanctorum positus, & stola perfectionis indutus, dicebat 1 Cor. II, 6. 7. 8. (*σοφιαν δε λαλεμεν εν τοις τελεοις*). Sed post haec, tamquam ad populum exiens, mutat stolam, & alia induitur longe inferiori, quam illa. Nihil aliud, inquit, iudicauit me scire inter vos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum — Cum exit ad eos, qui incapaces sunt, mutat stolam verbi, & inferiora docet, alias lacte potat, ut parvulos, alias oleribus — sic sciebat mutare stolas, & alia vti ad populum, alia in ministerio sanctorum. *Idem homil. VI. in Num.* similem habet locum, sed sufficiat hunc descripsisse. *Chrysostomus homil. IX. in epistol. ad Philip. c. 2.* τα πολλα και περα την ποιηη συνθειαν των αικεντων ο Παυλος φεύγεται, και β πλευραχε φιλοσοφει. *Isidorus Pelus. lib. IV. ep. 68.* της σοφης συγκαταβλητων ην Χριστος — &c. Haec loca credo sufficere ad demonstrandum, & Patres iam in Paulli scriptis hanc diuersam docendi obseruasse rationem: nunc nos ad quaedam loca Paullina conuertamus.

*1 Cor. IX, 20-22.* Paullus ipse de se pronunciat; και εγενομην τοις Ιudeois αις Ιudeios, ινα Ιudeis κερδητω — diligenter omnia ea seruui, quorum omissione Iudeis offendiculo esse potuisse, neque etiam statim

statim ab initio illis explicavi dogmata ista eorum cogitandi modo plane contraria, e. c. lex Mosis sublata est -- Messias omnium hominum servator est, non Iudeorum tantum; ἐγενόμη etiam τοις ἀσθενεσιν ὡς αὐτῶν -- dedi operam, ut meorum morum meaque doctrinae ratio eos non offendere, & sic paullatim iis commendaui religionem christianam; τοις πάσι \*) γέγονα τα πάντα -- omnium ingenio meam disciplinam accommodaui, neque vnum intelligendi modum agendique exercitium praescripsi omnibus, vt eo facilius aliquos ex omni isto vario hominum genere ad salutis viam perducerem. Gal. IV, 13. confitetur Paullus, se Galatis primum δι' ἀσθενειαν \*\*) τας σαρκας, (σαρκινην) euangelizasse; qui locus etsi multis interpretationibus obnoxius, tamen mihi videtur a V. S. V. SEMLER O sic recte explicatus esse: nostis me minori doctrinae modulo & non sine timiditate quadam Vobis Christi doctrinam praeviisse, nec fortiter tunc iudaizantibus me opposuisse. Securus tum fui docendi modum humilem, σαρκας, nondum caeremoniarum inanitatem demonstraui. Et v. 16. sic pergit: ὥστε ἔχθρος ἦμαν γέγονα, αὐλητειαν \*\*\*) ὅμην; igitur inimicus vobis factus sum, quia vobis perfectiorem Christi doctrinam proposui, omisis & abiectis ideis humilioribus? Tempori antea quid dederat Paullus, ut Christus ipse Ioan. XVI, 4. Hierosolymitanis aliquid concessit; sed suis discipulis & sociis in ministerio docendi iam clariorem doctrinam precluit.

## 1 Cor.

\*) CLEMENS alex. Stromi. lib. VI, pag. 675. τοις πάσι γαρ πάντα γέγονε  
σθαι οὐσιογει, οὗτα συμπεριφέγγεται σωματιν τα οὐσια δογματα,  
ινα πάντας κερδηση.

\*\*) Ἀσθενεια της σαρκας, seu σαρκινη, explicanda videtur de minori modulo doctrinae, & de timideitate; & haec explicatio magis arridet, si conferamus 1 Cor. II, 3. ἐν ἀσθενειᾳ καὶ ἐν Φθονῳ καὶ εἰν τρόμῳ πολλωρ ἐγενόμη apud vos, primo isto tempore subtimidum doctorem egī --

\*\*\*) cf. SEMLERVS ad h. l. & praesertim in prolegomenis ad hanc ad Galatas epistolam pag. 41. vbi fusiis hunc locum explicat.

## D

*i Cor. XIII, ii.* ὅτε ἡμῖν ηπποιος, ὁς ηπποιος ἐλαλεψη, ὁς ηπποιος ἐφρονεψη, ὁς ηπποιος ἐλογιζομην· ὅτε δε γεγονε αὐτη, κατηγυγμα τα τη ηππησε. Paulus hic de se ipso affirmat, se non vno quasi haustu perfectiorum religionem intellexisse, sed pederentim tantum creuisse in cognitione. In pueritiae quasi actate loquebar, optabam, & ratiocinabar, ut pueri solent; sed virili in aetate constitutus, abiicio ista puerilia studia. Sic & vos facere debetis, non necesse est, ut semper vos πτωχα ista σοργεια religionis teneatis, ad maiora progredi debetis; & ego alium etiam modum, aliam eligo disciplinam, quam eam, qualem antea obseruavi, ἀνδρεια τελειοι fatis necesse est in christianismo, ne semper in hacreatis illis tenuioribus rudimentiis. Nunc pergit Paulus v. 12. Βλεπομεν γαρ ειπε δι εσσοπτρο, i. e. cognitio nostra omnis manca adhuc est, nondum perfecte intelligimus doctrinas illas omnes, quibus vera Christi religio constat (*i Cor. III.* questus iam fuerat Paulus, se Corinthiis ut σαρκινοις tantum christianismum explicasse), sed olim melius perspiciemus religionis perfectam rationem. Promittitur igitur accurriator christianismi cognitio, & quae est Dei gratia, ista etiam ad nostrum usque tempus per varia ministeria feliciter succreuit, semperque quoisque homines iusti videntur adminiculis, Dei christique melior cognitio magis magisque illustrabitur. Semper enim nouis studiis opus est!

*i Cor. III, 1-3.* Κακ ἐγω ἀδελφοι οἱ ἡδυτινοι λαληση ύμιν ὡς πνευματικοι \*), αὐτοὶ ὡς σαρκινοι, ὁς ηπποιος ἐν Χριστῳ. Fieri non poterat, ut, quum primum essem Corinthi, sublimiores res vos docerem; non poteram vobis ἀληθευειν, quia adhuc σαρκινοι, imperitiiores eratis omnes, rebusque Christi tantum externis adsueti, quae in sensu cadere possunt; cum natis commodum pueris estis comparandi, ideoque γαλαξ \*\*) ύμιν ἐποτισα, κακ ἐβοωμα; rudimenta mediocria religionis chri-

\*) Vid. ORIGENES Tom. II. p. 202. & Tom. I. p. 482.

\*\*) CLEMENS alex. Strom. lib. V. pag. 579: γαλα μεν ἡ ιατρικησις, ὀιονει πρωτη ψυχης τροφη, νοηθησεται βεωμα δε, η ἐποπτικη θεωρια.

kristianae vobis explicauit, atque το Βερμα, sublimiores sententias, quae religionis perfectiorem indolem describunt, nondum vobis porrigitur potuit. Cum hoc loco conseramus

Ebr. V. 12. Καὶ γὰς ἀφείλοτες ἐναὶ διδασκαλοὶ διετοῦ χρονού, παλιν χρεῖαν ἔχετε τὰ διδασκειν ὑμας, τινα τὰ σόγχεια της αὐχήσι του λογιου τε θεού· καὶ γεγονατε χρεῖαν ἔχοτες γαλάκτος, καὶ δι σερεπας τροφης – Quum iam longo tempore veritatibus diuinis instructi sitis, nec occasiones in doctrina crescendi vobis defuerint; necesse esset etiam, vos eo cognitione vestra esse progressos, ut alios docere recte possitis: sed video vobis adhuc opus esse istis rudimentis & πτωχοις σοργεοις, de externa Christi historia inter homines, ne obruiamini solidioribus quasi cibis, i. e. veritatibus difficultibus; lacte vobis opus est, (quod dari solet infantibus), i. e. elementa mediocria religionis vobis sufficiunt; (v. 14.) τελειον δε ἐστιν δι σερεπα τροφη – per effectibus autem, qui ingenio exercitiis subacto gaudent, & quorum cognitio ista mediocria rudimenta transgressa est, istis solidior cibus est porrigidus, illi sunt capaces veritatum sublimiorum. Nunc pergit Paulus

Ebr. VI. 1. Διο, ἀφεντες τον της αὐχης τε χριστο λογον, ἐπι την τελειοτατα φερωνθα – relinquamus igitur τον της αὐχης τε χριστο λογον, i. e. historias & narrationes de Christo, quas non opus est vobis prolixius repere, deque externa eius inter Iudeos acta, aur, quam multi singunt, agenda denuo inter homines vita; sed quum iam diu multumque instructi sitis de hisce primis elementis, ad perfectiorem contendamus cognitionem, quae conuenit πνευματινοις, qui non contenti sunt Christum κατα σαρκα cognouisse, sed κατα πνευμα etiam, seu πνευματινου eum sibi informare cupiunt. Iste sunt τελειοι ac bene distinguunt a νηπιοις in Christo \*). Sie & Paullus Ephes. IV, 13. ad-

D 2

hor-

\*) Ex historia hic in mentem reuocemus necesse est, non de omni religionis ambitu statim ab initio primos christianos instructos fuisse; sed quaedam fuisse referuata adultis, seu perfectioribus, quae scilicet aliquam requirebant ingenii facultatem.

hortatur Ephesios, vt studeant euadere ἀδερες τελειοι, ne amplius variis sint, ac statim vario doctrinae genere turbentur, ut potius, habeant, tales cognitio nem, quae satis perfecta sit.

*2 Cor. V, 6. Ei de ιησυ χριστων κατα \*) σαρκα χριστον αλλα  
νν επι οντωνομεν. Quodsi etiam antea visus sum ipse tales Messiam  
informare, qui sit Iudaeorum \*\*) tantum sautor ac seruator, nunc ta-  
men tales Messiae prouinciam minime commendo; in id potius iam  
incurbo, ut gentium illud discrimen, quod Iudei tam pertinaciter de-  
fendunt, omnino per Christum, πνευματιον, nec tempori, nec loco  
subiacentem, doceam tolli. Cum Iudeis igitur Paulus antea mitius  
egit, ne offenderet eos, si statim ab initio omnem Christi prouinciam  
κατα πνευμα describeret.*

Haec

\*) *Κατα σαρκα significat istam minorem religionem, quae corporeis ritibus, qui εν σαρκι peraguntur, nimium tribuit, & mentis negligit internam perfectionem. Religio iudaica, quae tunc vigebat, maxime σαρκιν erat & πορνια, Hebr. 9, sed christiana, quam Paulus praeinit, est κατα πνευμα, seu πνευματιν. Nunquam in N. T. κατα σαρκα, secundum humanam naturam videtur significare, sed: se-  
cundum σαρκιν hominum humorem cogitandi consuetudinem, qui exspectant a Christo σαρκιν, πορνια, & των πνευματιον sunt mi-  
nus studiosi, secundum gentilem illam & domesticam Iudaeorum con-  
fuetudinem, qua externam Christi historiam solebant tantum suae  
genti addicere & vindicare. Si de Christo dicitur, significat humili-  
orem illam, quae inter Iudeos alta fuit, historiam, & imperfectiorem  
formulae descriptionis, quam Iudei frequentabant; ut Rom. IX,  
commemorat Paulus varia decora, quae sibi Iudeis quasi propria; sed  
omnia ista, κατα σαρκα sic iudicari solent. Nullum enim decus a  
patriarchis, a lege, a circumcisione, ad Iudeos potius pertinere, ex ge-  
nere spirituali, morali; itaque iam Iohannes & Christus reprehendunt  
Iudaeorum vanam gloriationem, quam ab Abraham &c. repetebant.*

\*\*) *Significationes vocis σαρξ in N. T. collegit V. S. V. AER. TELLERV  
in seinem Woerterbuch des N. T. vbi praefertim pag. 149. multa loca  
allegata sunt, in quibus hoc vocabulum significat Iudaeum eius tem-  
poris. Cf. etiam VITRINGA ad Esaiam Cap. XL, 6.*

Haec credo sufficient ad demonstrandum, Paulum semper in tradenda religione rationem habuisse τὸν σογιανὸν & τὸν πνευματικὸν, seu imbecillorum & perfectiorum auditorum. Fatear necesse est, plura loca Paulina hanc in rem adhuc colligi potuisse, quum fere in omnibus eius epistolis talia obvia sint & cuilibet facile occurrant; sed persuadere mihi non possum, ea maiorem lucem huic, quam tractandam mihi sumsi, causae efferre posse; quum, quae, omissis aliis, iam allegauit, satis luculenter hoc designant discrimen.

Exempla huius variae disciplinae, quae in N. T. occurunt, illa etiam omisi, quia V. S. V. SEMLERVS ea iam collegit, certe praecipua, in commentatione ista: *De sapienti, quam Paulus secutus fuit, doctrinac ēnōvōpētē.* (Halae 1766.) quae breui tempore cura V. Authoris anterior prodidit inter alia programmata.

#### §. XIV.

Nunc mihi adhuc restat, historiam huius inter τὰς σάρπηνες & τὰς πνευματικές discriminis, quodammodo repetere, inde a prioribus saeculis, vñque ad Origenem, per cuius discipulos porro ad eruditiores auctores propagatum fuisse scimus. Per omnia fere saecula prudentissimi semper & sapientissimi religionis praeceptores hanc sapientem doctrinac ēnōvōpētē secuti sunt, Christi & Pauli, aliorumque primae ecclesiac statorum imitatores. Sed verbosior & copiosior esset ista vniuersa tractatio, ac huius scriptio[n]is academicæ ratio permitteret, si e pluribus quam istis prioribus saeculis hoc discrimen & confirmare & illustrare vellem.

#### §. XV.

Praefandi quasi causa praemittam, iam inter Ethnicos vestigia huius discriminis non obscura adesse; fieri enim non potuit, vt ii, quibus contigerat animum ingeniumque bonis artibus atque disciplinis exornare, eadem rudi ratione paternam religionem amplectentur, ac homines de plebe, qui rebus tantum, quae in sensu cadunt, sicuti in

D 3

omni-

omnibus negotiis, sic praesertim in religione ducuntur. Praetereo antiquissimos doctrinarum pictores, poetas, & hieroglyphorum, emblematum, mythologiaeque interpres, qui fere omnibus gentibus non defuerunt. *Varro* certe iam olim theologiam *mythicam* distinxit a physica & ciuili. Certius est, & philosophos eam viam instituisse. Negari quidem non potest, *Socratem*, *Ciceronem*, *Antoninum Philosophum* &c. plerumque, ne plebem offendarent, externam etiam obseruasse religionem, cum sollemnibus eius caerimonii & ritibus; sed hoc non impedit, quominus statuamus, eos in internae religionis cognitione longo intervallo plebem post se reliquisse. Legat aliquis virorum istorum scripta frugifera, quibus isto quidem tempore, sapientissime de rebus physicas & moralibus docuerunt; sed semper obseruant ordinem aliquem ad τρεῖς ἔξω atque ad τρεῖς ἕστω. Quo quaeso modo fieri potuisset, ut plebs hasce eruditas disputationes intelligeret, suasque ex illis corrigeret de religione notiones? Alia via ea deducenda erat ad Dei religionisque venerationem; caerimoniae, sacrificia, auguria &c. adiungebantur; quibus ad dei aut deorum cultum & praeceptorum moralium aliquem gustum adduceretur. Aliter itaque populus de externa religione sentiebat, aliter ii, quos ingenii cultura & excellentia ab imperita plebe sciungebat; quoti enim quique vel aliquid studii in rerum cauſas & hominum historiam contulerant, facile omnes intelligebant, de iisdem rebus siue humanis siue diuinis, aliter imperitos statuere, aliter philosophiae ingenuaeque cognitioni deditos. Philosophi \*) ipsi discipulos suos,

\*) Iamblichus in vita Pythagorae: συνεπιμεπτεσθαί ἀυτον πολὺ τῶν λεγομένων, σ্পως οἱ μεν καθάρως παιδισμένοι σχφως ἀυτῶν μεταλλιβανωσιν οἴδε, ὡσπερ Ὁμηρος Φησι τον Ταντάλον, λυτονται περοντων ἀυτον εἰς μεσῷ των ἀκεματων, μηδεν ἀπολαυσοντες. Similiter loquitur Clemens alex. Strom. lib. V. pag. 175. λεγεστο δε και οἱ Ἀριστοτελες, τα μεν, ἐστωτερικα εἶναι τῶν συγγενεματων ἀυτῶν τα δε, κοινα τε και ἐξωτερικα - plura adhuc habet de hoc discrimine apud ethnicos Clemens, & opera eius prestitum est hanc & antecedentem paginam huius V. libri legere.

suos, ut iam attigi, distinguebant in ἑρωτεύμασ & ἑρωτεύμασ; cum hisce liberius loquebantur, hisce omnem suam sapientiam & doctrinam ex promebant; quum illis contra τοις ἑρωτεύοντος prima quasi elementa tantum traderent, & eos arcerent ab lectionibus ἑρωτεύμασ.

§. XVI.

Ex Iudeorum historia pauca etiam delibanda videntur<sup>1</sup>; prius quam ad ipsa christiana religionis primordia accedamus. Rabbini, Cabballistae eadem ratione ac alii doctores disciplinam quamdam arcani habebant, ad quam non omnibus dabatur facilis accessus; itaque & magna pars των φορτιών λογών, qui a stoliditate vix absunt, si proprie intelligantur, a multis hoc iure doctrina excusat. Nec etiam biblia sacra a quibuslibet posse intelligi assuerabant; alia enim in iis destinata esse rudibus, alia perfectioribus. Ex Ioannis Iuelli, episc. Sarisbur. aduersus Hardingum scriptis (Geneva 1585. fol.) pag. 122. hic pertinet locus quidam (eum V. Semlero debo), qui Rabbinorum istam proficit disciplinam, nostris etiam temporibus imitandam; verba secundum latinam versionem Whitakeri sic habent. Rabbini, fateor, iustis de causis homines plebeios a quorundam V. T. capitum lectione prohibuerunt, quoisque aetate simul & iudicio maturuissent. Non enim scripturae Dei eiusdem sunt vniuersae rationis; quaedam partes faciles sunt; quaedam obscurae; quaedam rudibus, quaedam doctioribus aptae \*). Hoc igitur iam videbant Iudei, & nos, qui eos cognitione vincere deberemus, illud videre nolumus? —

Varias inter Iudeos fuisse sectas, omnibus constat; sed ex his de Pharisaeis tantum atque Iessenis quaedam hic enarrabo, quae maxime ad

\* ) Nostro etiam tempore melius esse videtur, non omnibus christianis simul omnes S. S. libros perlegendos proponere; sed ex omnium istorum, historicorum & moralium librorum complexu excerpta potius quaedam colligere, quae contineant veritates ad salutem necessarias omnes, & quae facili negotio & a plebe & a doctioribus possint usurpari.

ad institutum meum facere videntur. Pharisaos plerosque possemus *ονειρεῖς* appellare, Essenos contra *πνευματίνας*. Illi enim historiis tantum ducebantur, quae vel in V. T. legerant, vel acceperant per traditionem a maioribus, vel porro ipsi repererant, per *εὐθεῖαν*, si placet, scholae propriam; & interna religione plane fere posthabita externis tantum caerimonias & rebus *οἰκουμένας* dabant operam. *Εσσηνι* contra alieni erant ab isto ingenio, homines minime improbi nec externae religioni iusto plus debiti; siquidem sacrificia ceteraque templi ministeria relinquebant rudi populo, & eius studiois moderatoribus; tranquillam ipsi praferentes vitam urbium tumultibus; virtutis privata exercitia diligenter amplectebantur, quia in vera tantum animi emendatione omnem Dei ponebant cultum. Mosaicarum legum labantem & exiguum, quod attinet ad *τα ἡρακλεῖα*, auctoritatem & vim videntur perspexisse; & satis recte distinguebant vniuersum illud pristinae religionis politicae systema, sicuti populo rudi atque imperito praeiri solebat, continua illis & quotidianis caerimonias, a peritorum atque exercitatorum hominum facultate, quam iustis illis animi exercitiis *πνευματίνοις* adsueti sensim adepti fuerunt. Hoc exemplo & illud discimus, vix posse dubitari, fuisse non paucos, qui semper sperarunt maiora Dei beneficia, commodo tempore, non tantum suae genti, sed & omnibus hominibus per maiorem illum Mose & prophetis ministrum, impertienda. Ex tot libris \*) genti suae domesticis aut aliquas partes tantum feligebant *Εσσηνι*,

\*) Hoc historicum argumentum, et si nomine *Ajacryphorun* fait sensum negligendum & contemnum a ianioribus christianis: longe aliter tamen tractatum fuit a vetustissimis doctoribus graecis; qui sciebant, *ob orientationem* studiosam tantarum rerum, hos libros nomen hoc gerere; non quod obscuri & infimi sint loci. Taliū librorum fuit ingens copia, inde a tempore quodam ante Christum; ex iि multa materia quasi sensim ad alios homines eius temporis & loci, (*Alexandriae*) fuit disseminata. Ita queritur *Philo* de migratione pag. 450. Mangay. edit.) & indignatur, multis Iudeos sequi tantum *διδάσκαλον*, *Ἑρμήνεια*

seni, aut allegoriis & picturis symbolicis, quas ingerebant, res virtuti internae proprias & commodas designabant; crassiores quasi explicandi modum relinquentes iis, qui historiis & rebus externis solent commoveri; hoc nominabant σαρκα & σοψα, & istos imperitos homines σαρκινος, Ψυχητος: nobiliorem vero sensum, qui res animi emendationi aptas complectebatur, πνευμα appellabant, eiusque amatores πνευμati-nos.

Sermones enim, disputationes, disquisitionesque de lege, a pri-  
scis Iudeorum doctoribus institutas, eius fuerunt rationis, ut non modo  
litteralis S. S. sensus in iis fuerit exppositus, sed & altior aliquis & pro-  
fundior, qui magis erat πνευματινος, magisque, sicuti videbatur, dini-  
nae sapientiae consentaneus. Talis explicatio a iudaicis doctoribus se-  
rioribus appellatur \*) וְרָשׁוֹ (midrasch) i. e. explicatio, quae sensum  
suum litteralem non sequitur; quod tamen ita intelligi deberet, ut simul  
omnis institutio per similitudines, aenigmata, vel vt Graeci habent, pa-  
rabolas, παραβολαι, omnesque discursus alios, in quibus quis in res magis  
spirituales exspatiatur, hac voce comprehendatur. Hac methodo alle-  
gorica non solum Rabbini explicarunt S. S., eique sic auctoritatem ali-  
quam porro seruarunt, vel contra christianismum; sed diu etiam eam  
docendi consuetudinem continuarunt, ut parabolis & compositis narra-  
tionibus lectorum & auditorum adiuuarent attentionem. Ulterius ad-  
huc studium illud allegoriarum alii produxerunt, atque hinc ortum est,  
quod

*linquere circumcisores, sabbatum, lauacra, ciborum discrimen; atque  
sic e populo & gente quasi exire.* Ufus est hoc praefantissimo testi-  
monio Philonis, quod est ante Euangelia & ante epistolas Apostolorum,  
V. Semlerus, contra ipsum Anonymum, qui singebat, Iustum nostrum  
merum Iudaismum docuisse,

\*) De horum Medraschim natura traclarunt Maimonides in more Neuochim,  
*Aben Ezra* in Commentariis suis; & inter recentiores imprimis Hor-  
tingerus & Buxtorfus, Vitringa, & alii.

quod Cabalam vocant & Doctores Cabalisticos; secundum quam ex variarum litterarum commutatione, coniunctione, separatione, transpositione, vel ex valore litterarum arithmeticō, &c. nescio quod mysteria haurire solebant. Sed vela contrahenda sunt; itaque allegabo hic Philonis aliquot loca; praesertim, quia vetustiores nostri scriptores e Philone multa hauferunt.

In omnibus fere scriptiorum Philonis paginis offendimus explicationes allegoricas; ideoque non operae pretium duco, quasdam ex illis exempli gratia transferre; sed ea tantum loca hic describam, quae eius generalem interpretandi rationem produnt, & quibus inter rūdiores & perfectiores docet esse distingendum.

Quamquam antepónit allegoricum sensum literali, tamen ea ratione procedit, ut non auferat historiae veritatem; eius de rebus interpretandi genere sententiam, reperimus in libro *de migratione Abramī* (pag. 450. edit. Manguanae) Εἰσι γαρ τινες ἡ τεσσάρες νομοι συμβόλων νονται προσγεμέστων ὑπολαμβάνοντες; τα μὲν δέγαν πήρανται, των δε ἔσθιμος ὀλγυρησσον, ἐς μεμφακην ἀν ἐγώγε της ἐντοχείας. ἐδει γαρ διαφέρειν ἐπιμεληθῆναι. Σητησεως τε των αἴσανον ὀδηγεῖταις, καὶ τεμας των φωνεων ὀνειριζόμεντος. Haec est pars eius distributionis, quam p. 32. 33. commemorabam; hos homines circumcisum, Sabbathum omittere &c.

Secundum lectorum varium ingenium & diversam cogitandi rationem distinguit in explicatione S. S. σάρξ, ψυχὴν & πνεύμα; haec distinctio occurrit in libro: *de vita contemplativa* pag. 483. (de Essenis quidem loquitur ibi, sed & ipsum tali modo distinxisse, explicationes eius satis luculenter demonstrant): αἱ δὲ ἔξυπνεις των ἱερῶν γερμανιστῶν γνοται δι ἰπνοιον εὐ ἀληγορεῖσαι. αἴποτε γαρ οὐ γενιθεσια δοκει τοις αἰδερσον τετοις εἰσινεις ζωῆς καὶ σώμα μεν ἔχειν τας ἄντες διατάξεις, ψυχὴν δε των ἐναποκειμένων τοις λεξεσιν αἰσθατον ιψιν ἐν αἰγάλεῳ ή λογικην ψυχὴν διαφεροντας τα ὅμεια θεωρειν, ὥσπερ διε καταπτες των ἐνοματων, ἔξαιστα καλλι νομιματων ἐμφερουμενα κατιδεσσα - Hanc distinctionem

ktionem inter σάρκας, ψυχήν & πνεύματος in S. S. Patres etiam nostrae ecclesiae, ut dici solent, sunt imitati; praesertim ORIGENES eadem fere habet verba; quae allegabo §. XXI.

Disciplinam quandam arcani, in S. S. adesse, sequentibus narrat verbis: (*Quod a Deo mittantur somnia* pag. 649.). Quibusdam alii S. S. enarratis proprietatibus, sic pergit: τοις δὲ ὡς φίλος ἐπιπέμπως οὐκ μέτη πεθέει πόλεις οὐκ τῶν ἀρρένων<sup>\*)</sup> ἀναφέσει, ὃν θέτει οὐτοις ἀτελεστον ἐπικινδυνόν Θεός: Hac ratione traditionem tamē commendat, aut μυστικα insinuat, quae sicut pauciorum, μεμυημένων seu ἔχοντων ἔξιν τινα, quod non displicet. Πνευματικός enim πάντα diudicatur, & ipse amplectitur.

Philo etiam sicut Paulus distinguit inter hos, quibus lacte opus est, & alios contra, qui solidiore cibum flagitant; νηπίοις eadem ratione in religione virutisque studio institui non possunt ac τελεῖοι, qui iam ea pollent animi facultate, ut altiores diuinæ sapientiae sententias capere queant. Sic enim noster in libro *de Agricultura* pag. 301. n. 37. Ἐπειδὴ τῆς νηπίοις μεν ἐσὶ γαλα τροφὴ, τελεῖοι δὲ τα ἐκ πυρὸν πεμψαται, οὐκ ψυχῆς γαλακτωδεῖς μεν ὃν ἐσὶ τροφὴ κατὰ την παιδικὴν ἥλικαν, τα της ἕγκυολις μετατηρίου προπαideυματα· τελεῖοι δὲ οὐκ αὐδεστρινοί εὐπορεῖσθαι δια φροντεως οὐκ σωφροσύνης οὐκ ἀπάτης αὔτης ισηγυνοῦσι.

Similem locum scripsit noster in libro *de congr. quer. erud. gr.* pag. 521. sed quia fere eadem sunt verba ac quae supra allegata sunt, eum hic non describam.

Multa in S. S. per συγκαταβασιν dici, in usum των νηπίων, & qui nondum ad τελειοτητα progressi sint, docet in libro: *quod Deus sit immutabilis* pag. 280. Posteaquam confirmauerat, in Deum non cadere humanae infirmitatis vitia, sic pergit: λεγεται δὲ θέτει Ηπτετον πάρετων μοδετην, μεχει τινες εἰσαγωγης τα τοιωτα, τε νεθετησαν χαριν τως ἐτε-

E 2

ρως

\* ) (Ἀρρένων) non quae dici nequeant, sed quae dici non debent; eodem significatu, quo Paulus 2 Cor. XII, 8. οὐκ ἡκάπτειν ἀρρένων ἄρρενα —

ἔως μη δύναμενσι σωφρονίζεσθαι — Alter S. S. loquitur ad erudiendam istam multitudinem, aliter ad hos, qui eam cognitione antecedunt; non igitur tenaciter & mordicus terenda & premenda omnia sunt, quae quidem in S. S. occurunt.

In libro: *de posteritate Caini* pag. 252. reprehendit eos doctores, qui quum ad populum erudiendum procedunt, non vtantur sapienti quadam συγνεταβάσει; sed eruditissimis disputationibus eius fatigent onerentque attentionem: Ἐνθεισ γαρ ἔσοι τῶν διδασκαλῶν μη πρὸς τὴν τῶν γνωσίμων δύναμιν, ἀλλὰ πρὸς τὴν ἑαυτῶν ὑπερβαίλεσσαν ἐξη ἐπιχειροῦ ποιεῖσθαι τὰς ὑφηγήσεις — Ut doctores sui temporis magis adhuc de huius popularis studii necessitate conuincat Philo, sic pergit: pag. 253. οὐχ ὅρας, ὅτι καὶ ὁ θεός ἐκ ἀναλογεύσας τῷ μεγέθει τῆς ἀντελποτητος χρησμὸς ἀναφέγγεται, πρὸς δὲ τὴν τῶν ὀφεληθησομενῶν οὐσίαν.

Eis his locis aliisque quae allegare omnia inutile esset, videre licet, Philoni iam cognitam atque perspectam fuisse ingeniorum humana- rum varietatem, quae minime vna eademque ratione tractari docerique possent; sed quod sapientis sit doctoris, ad cuiusque captum institutionem suam conformare, & cum plebeis aliter loqui ac cum iis, quorum animi hisce πτωχοῖς σορκεσίοις non amplius sunt contenti. To πνευμα quaerebat in S. S. quia non suppetere videbat τὴν σάρκα, historicas illas narrationes, ad vitae emendationem felicitatemque, isto suo tempore hominibus cultis persuadendum, sed aliis admiriculis magis πνευματικοῖς iam opus esse.

### §. XVII.

Christi & Paulli sapiens in docendo ἐπενοεῖ, secundum quam semper τῶν ἀδερῶν & τῶν τελείων habebatur ratio, a primis etiam eorum discipulis, qui postea & ipsi docendi munus suscepserunt, diligenter fuit obseruata. Non statim ab initio cuiilibet porrigebatur istud argumentum, quod Paullus vocat σέργειον τροφήν; sed lacte nutritabantur, i. e. in primis

primis tantum religionis instituebantur elementis. Illorum plerique ex Iudeis seuerioribus erant, qui Mosaicae legis vim & usum diuinitus adhuc valere sibi persuadebant; iidem statim diei horis preces recitabant, ieuniis vigiliisque operam dabant, regnum Messiae nationi tantum felix faustumque exspectantes; horum imbecillitati primi doctores sapienter & studiose obsecuri sunt. In populo aut rudibus adhuc disciplinae ritonibus erudiendis vtebantur μυθοις & parabolis, quibus quasi iniiciabantur ad cognitionem των μυσηγων. Aliis sufficiebat illa formula πισσεως, quam symbolum seu διδαχην dicere, solebant; mysteria autem & γνωστις pertinebant tantum vel ad ipsos doctores, vel ad eos, quorum ingenium altioris cognitionis erat capax. Hinc discriimen των ἐξαρεγον, catechumenorum, & των ἐσωτερον; Semper pro audientium indole iugendoque non solum modus liber fuit, sed & doctrinarum non una aut simillima descriptio; in quorundam usum eligebant, quod maxime videbatur λογικον, χρηστικον, γνωστικον; quem aliis contra nihil tradebatur, nisi historicum, & quod eorum captui conueniret.

Iudainantium etiam christianorum, qui Petro praecepit studebant, & discipulorum Pauli discriimen, attentione nostra dignum videatur. Pauli discipuli reiiciebant, aut saltem non commendabant porro, legem Mosis; Palaestinenses vero & Iudaizantes non poterant tam facile abduci a veteri consuetudine; ideoque aspernabantur Paullum eiusque conteminebant doctrinam; quum Petrum contra omnibus extollerent laudibus, quia multum dederat Iudeis & Iudaismum cum christiana religione coniungere videbatur. Haec Petri a Paullo differentia nobis statim in Epistolis eius legendis occurrit; cf. e. g. 1 Petr. III, 19. πνευματα εν φυλαχη, (nec enim assentimur iis, qui varie torquent clarrisimam sententiam); & 2 Petri II, 4. angeli tenebrarum vinculis ligati (ex libro Henochi); & tota illa disputatio Cap. III, 10sqq. de fine mundi (judaici); quae maxime illis νηπιοις inferire videtur. Paulius contra omnes istas σαργηματα plerumque notiones negligebat, & μυσηγον, aliis ignotum, studiofissime docebat de iuribus Iudeorum & gentium aequalibus,



igitur etiam ii, qui Iudeis praecepit studebant a Pauli abhorrebat  
 $\alpha\lambda\theta\sigma\eta\zeta$ , a religione tam aperta & vniuersali, quae ad omnes omnium  
gentium pertineret homines. Circumferabant libri in usum discipu-  
lorum Petri, qui ab illis quidem in deliciis habebantur, sed negligeban-  
tur ab aliis, e. c.  $\pi\eta\varphi\eta\gamma\mu\alpha$  Petri, Acta Petri, Apocalypsis Petri; ipsa,  
quae in nostro adhuc servatur codice Apocalypsis, multum videtur con-  
uenire cum hisce crassioribus, iudaicisque cogitandi & opinandi modis;  
fuitque inde ab initio, non in manibus Catholicorum, sed *Montanistarum* & Iudaizantium.

### §. XVIII.

*Gnostici* etiam hic non sunt praetereundi; et si enim hi apud ple-  
rosque male audiunt, tamen multi mihi videntur suo iure in perfectio-  
rum christianorum numerum referri. Ex eorum eti obscuro docendi  
genere hoc tamen apparet, eos diligenter id egisse, ut homines Christi  
prouinciam  $\eta\vartheta\kappa\eta\tau\eta\pi$  &  $\pi\nu\epsilon\mu\alpha\tau\eta\pi\eta\pi$  informarent, quum plerique caeteri,  
etiam multi catholici, iudaicis notionibus nimium in illa Christi histo-  
ria tribuerent. Plerique in eo conueniunt, quod non statuunt perfe-  
ctoris cognitionis limites cunctos contineri in istis Apostolorum libris,  
multo minus eam quaerendam esse in V. T.,  $\gamma\omega\sigma\tau\eta$  igitur magnopere  
commendabant iis, qui ei consequendae pares essent. Libris & Veteris & Noui Testamenti, quibus  $\pi\eta\varphi\eta\gamma\mu\alpha$  non inesset, plane non vni sunt.  
Aberant a *Marcionis* codice Euangeli, (quem iure dolemus plane in-  
tercidisse, quia ad ipsa tirocinia prima christianismi pertinet) omnia ea,  
quae ad Iudaeorum sacros libros, mores opinionesque proprias respicie-  
bant; quibus rebus sibi ad eos non opus esse putabat, qui e gentibus  
in societatem suam adsciebantur. Reiecerunt idem Actus Apostolo-  
rum, & Pauli epistolas adhibebant quidem, sed reiectis sententiis, quae  
ad iudaicam pertinerent indolem; has sententias statuebant *insertas*  
esse ab iis, qui *concorporationem legis & Euangeli* informarint. Libros  
V. T. quos non reiecerunt, explicabant allegorice & mystice, ut ali-  
quid

quid moralis utilitatis ex iis elicerent; historicas de rebus a Christo gestas narrationes minori in loco ponebant, sive quod a multis hic ibi consigli solerent, sive quod putarent, Christum pro loci & temporis ratione populo aliquid dedisse, quo perfectioribus iam non opus sit. Vocabantur aliis scriptioribus domesticis, quibus copiosius ipsorum dogmata describabantur; vix tamen pauca fragmenta supersunt. Apostolos partim nec ipsos satis iam intellexisse omnia, partim ob imperitiam auditorum & lectorum etiam ea, quas scierint, litteris non aperre expressisse. Dolendum est, nobis nil superesse ex eorum ipsis scriptis, nisi quasdam sententias, quas Irenaeus, Tertullianus &c. colegerunt quidem, sed satis negligenter, imperite, & vix bona fide vici; Esoterica Gnosticorum disciplina hisce scriptoribus ignota erat, ideoque ea tantum arripuerunt, quae de inusitato eorum docendi genere audierant; nulla igitur fere fides hisce narrationibus criminacionibusque habenda est, quia praesertim apud Catholicos tota Gnosticorum familia erat in odio. Multa de Gnosticis colligit V. SEMLERVS institut. breu. ad liber. erud. theol. Tom. I. §. 74. in additamentis ad Baumgartenni polemic. theor. & in apparatu ad interpret. N. T. supersunt autem satis multa, quae sciri possent.

### §. XIX.

Nunc reliquum est, ut ex Patribus quibusdam demonstremus, illos non solum allegoricum, i. e. πνευματικον sensum in explicatione Sacrarum Scripturarum quaefuisse, minimeque contentos fuisse isto, quem dicere solent sensum literalem; sed & semper habuisse eos rationem in instruendis auditoribus των ιηπτων & των τελεσιων. Ex omnibus hisce auctioribus duos tantum feligam, CLEMENTEM nempe alexandrinum & Origenem, qui prae caeteris ad institutum meum pertinere videntur. De Barnabae enim epistola hic differere vix est operaē pretium. Maxime adamauit huius epistolae auctor sensum allegoricum; & raptim mihi illam tantum perlustranti tanta se obtulit allegiarum fere ineptarum mul-



multitudo, vt abstinuerim a tam mediocri scripto. Progrediar itaque ad Clementem alex. ex eoque pauca, quae ad rem faciunt, excerpam.

§. XX.

Titus Flavius *Clemens* alex. inclaruit iam saeculo secundo, & vixit adhuc per aliquot seculi tertii annos; græcae philosophiae humiorumque litterarum fuit peritissimus, & hisce adiutus adminiculis, acceinxit se ad interpretandas S. S. *Pantaeno*, præceptore mortuo, (de cuius scriptis dolendum est, nihil nobis supereſſe, quia tunc magis adhuc perspiceremus Clementinam interpretandi docendique rationem) catecheta scholæ alexandrinae, cui semper præſuerunt viri doctissimi, fuit electus; quod munus etiam multos per annos maxima administrauit cum laude. Allegoricum interpretandi genus iam acceperat a *Pantaeno* \*), eaque maxime de cauſa illud fecutus est, quia videbat iam, historias illas ut ita dicam nudas, quae continentur in V. T. nil conferre ad verum christianismum; & quia etiam apud Iudeos non solum alexandrinos sed philosophos etiam gentiles, hoc tempore allegorica interpretatio valde in vſu fuit, ad quos in societatem christianam adſcendos opus erat eorum ſe accommodare cogitandi modo \*\*). Ex ſequentibus, quae allegare animus est, locis, illius interpretandi genus & docendi variam disciplinam videre licebit.

*Stromat.*

\*) Vnam *Pantaeni* interpretandi libros propheticos regulam feruauit Clemens in *Elogiis ex Scripturis prophetarum*, quae operibus eius ſubiciuntur, §. LVI.

\*\*) Iſe hoc affirmit *Stromat.* lib. V. pag. 55. τοις την σοφιαν διτεσι την παρ' αυτοις, δρεπτεον τα δικαια, οις αν φασα δια των ιδιων εις πιστιν αληθειας εικοτως αφικοντο: Rich. Simon *histoire critique des Comment. du N. T.* pag. 21. sic de Clemente nostro pronunciat: le mélange de la philosophie platonicienne avec la religion chretienne ne tendoit pas à la destruction de la foi orthodoxe; mais à perſuader plus facilement aux Grecs le christianisme. Il croioit en cela imiter St. Paul, εἰ μονοὶ δὲ Εβραῖοι ἐν λόγῳ Ιερώνυμοι γενεσθαί, αλλὰ νῦν διὰ τας Ελλήνας Ελλήνας, τινε πάντας καὶ διανομεῖν.

*Stromat. lib. I. p. 355.* posteaquam differuerat de methodo Pauli, secundum quam aliis lac praebetur, aliis cibus solidior, sic pergit: τετραχος δε ήμιν ἐκληπτεον τε νομος την βελησον. η ως σημειον ἐμφανισσον, η ως ἐντολην κυριον εις πολιτειαν δεθην, η θεοπιζεσσαν ως προφητειαν \*): Quatuor enim modis legis voluntas nobis est accipienda: vel ut signum aperiens, (i. e. verba legis imagines sunt rerum aliarum, & praeter propriam impropria etiam porestate gaudent,) vel ut praeceptum confirmans ad rectam institutionem, (sc. vitae) vel praedicens ut propheta. — Cum hoc loco consecatur pag. antec. 354. vbi philosophiam mo-saicam quatuor in partes diuidit: 1) in partem historicam; 2) in partem legislatoriam (*νομοθετικην*) quae quidem spectet proprie ad mores; 3) in sacrificialem, quae pertineat ad naturae contemplationem; & 4) in theologicam, quae est superna contemplatio, quam Plato dicat esse reuera magnorum mysteriorum; & quae ab Aristotele nominetur μετα των φυσικων. — Conferatur etiam cum his duobus locis aliis *Strom. lib. VI. pag. 673.* Ibi loquitur Clemens de quatuor quibusdam institutionum modis, eosque allegorice de docendi varia methodo & auditorum diuersa ratione explicat: 1) distinguit inter Catechumenos, qui adhuc sint idiotae, & εξ ἐπιπολης (in superficie tantum) accipient institutionem. 2) Inter eos, qui philosophiam imbibent, his enim η επιγνωσις της αληθειας εγγινεται, per explicationem dogmatum; sicuti Iudei etiam, posteaquam η παλαιη γησεη iis sit explicata, in christianismo instituantur. 3) Tertium institutionis modum applicat ad Haereticos,

qui

\*<sup>o</sup> Quum quatuor sensus legis sensus Clemens indicet, & tres tantum enumeret, interpres eius latinus Heruerus coniecit, vocabulum τετραχος corruptum esse, legique debere τετραχος. Sed falli videri possit vir doctus; Clemens naturalem verborum legis sensum, historiam, scilicet, tamquam per se notum, hic omisit, & tres tantum sensus enumerat minus notos. Locus alter plenius enumerat.

qui vi trahantur ad veritatem \*); 4) sub tertio modo, i. e. sub inoculatione, intelligit γνωσικὴν διδασκαλίαν, quae res potest perspicere ipsas. — Omisi ipsam harum institutionum descriptionem, quam Clemens noster satis perspicue tradit, & quam confert cum quadripartita ista institutionis auditorumque varietate; sed operae pretium tamen est, locum ipsum inspicere.

*Strom. lib. VI. pag. 676.* rationes allegat, quare scriptura sacra obscurius & mystice locuta sit: διὸ πολὺς ὀδύτης ἐπικρυπτούσθαι τὸν νεῦ ἐν γραφῇ πρετόν μεν, ἵνα ἔπιπτοι ὑπαρχόμεν, καὶ προσαγγυπτωμένην ἀεὶ τῇ των σωτηριῶν λογοῖν ἔργον. ἐπειτα, μηδὲ τοῖς ἀπάσι προσηκον ἦν νοεῖν, ὡς μη βλαβεῖεν, ἐπερώτης ἐνδεξάμενοι τὰ ὅπο τὰ ἄγια πνευμάτων σωτηρίους ἐργάζεσθαι. διὸ δὴ τοῖς ἐκλεκτοῖς τῶν αὐθεωπων, τοῖς δὲ ἐκ πιστῶν εἰς γνωστὸν ἐγκριτοῖς τηρούμενα τὰ αγια τῶν προφετῶν μυστήσαι, ταῖς παραβολαῖς ἐγκαλυπτεται· παραβολικος γαρ ὁ χαρακτῆρις ὑπάρχει τῶν γραφῶν.

*Strom. lib. VI. pag. 677.* τῷ δὲ μη ποντων ἐναγ την ἀληθειαν, ἐπικρυπτεται πολυτροπως (i.e. ἡ γραφὴ) μονοις τοις εἰς γνωστη μεμυημενοις το φως ἀνατελλοσα —

Vnum adhuc adferam locum, qui est Strom. lib. V. pag 573. ubi modo quodam allegorico sequentem tradit regulam, quam in aliis instituendis sequamur: ἵνα δὲ μη τις ἐμπεισων εἰς την ὅπο τοις διδασκομένην γνωσιν, ἀναρτης γενομενος της ἀληθειας, παρακεστη τε καὶ παρεπηση, ἀσφαλης περι την χρησι τω λογο γινε. καὶ πρὸς μεν της ἀλογως προσιοντας ἀποκλει την ζωσαν ἐν βαθει πηγην. ποτον δὲ ὀφεγε τοις ἀληθειας δεδψηκοσιν, ἐπικρυπτομενος δὲ γη πρὸς της ἐχη ὀντας παραδεξασθαι το βαθος της γνωσεως, κατακαλυπτε τον λακκον.

Haec a me hic allegata loca, credo sufficere ad id, quod consti-tui ex CLEMENTE demonstrare; intelligent facile peritiores, hanc docendi

\*<sup>o</sup>) Ex hoc Clementis loco quidam Galli tyrannidem suam erga Reformatos, aliquique nostri temporis tolerantiae inimici, suam erga alias ecclesiae membra, videntur demonstrare velle feneritatem.

cendi rationem fuisse maxime frugiferam, & late patentem. Permitit enim lectoribus omne exercitium domesticum ingenii, quacunque ratio-ne perspiciant aut informent propositas doctrinas, modo ad animum perficiendum studiose reuocent, & recte & sancte viuendo repraesentent religionis internae vim & indolem. Iam ad ORIGENEM nunc acce-dam, & ex innumeris fere locis ea tantum excerptam, quae maxime fa-ciant ad rem.

§. XXI.

Floruit ORIGENES in ecclesia christiana saeculo tertio, & pae-ceptorem Clementem alex. non solum in studio allegorico, variaque do-cendi disciplina, alia ad τοις σαργησ, alia ad τοις πνευματικοις, est im-i-tatus, verum etiam eum ingenii vsu & cultu viderur superasse. Omnia fere tum Veteris tum Noui Testamenti loca in allegorias vertebat, du-plicem Scripturae distingens sensum, alium προς το ἄντον, alium προς την διανοιαν; sensum, qui ad literam informatur, & sensum, qui re-rum ipsas imagines vltro sequitur; priorem deprimebat, alterumque ut πνευματικον, mirifice extollebat. Ne moles huius scriptoris academi-cae iusto grandior subnascat, pauca tantum de illius interpretandi ge-nere delibabo; praeferim quum non valde differat a paeceptore Cle-mente, cuius rationem in §. anteced. et si paucis, sufficientibus tamen lo-cis, delineauimus. Quod si quis generaliter Origenis interpretandi me-thodum cognoscere cupiat, is facile adibit dissertationem: *de mystica-rum interpretationum origine ab Aegyptiis patribus praecepue repetenda* (Halae 1760. paef. SEM LERO). Nobis nunc sufficiat quaedam ex ipsius scriptis hic allegare loca.

Distinguit sensum S. S. sicut Philo, in *corpus, animam & spiri-tum*; sic enim habet lib. IV. de principiis Tom. I. ex translatione Rufini: Tripliciter ergo describere oportet in anima sua vnumquemque diuina-rum intelligentiam litterarum, i. e. vt simpliciores quique aedificantur ab ipso, vt ita dixerim corpore scripturarum: sic enim appellamus communem

istum & historiale intellectum; si qui vero aliquantum iam proficere coeperunt, & possunt amplius aliquid intueri, ab ipsa scripturae anima aedificantur; qui vero perfecti sunt, & similes his, de quibus Apostolus dicit 1 Cor. II, 6. 7. (Sapientiam loquimur inter perfectos) hi tales ab ipsa spirituali lege, quae umbram habet futurorum bonorum, tamquam a spiritu aedificantur. Sicut ergo homo constare dicitur ex corpore, & anima & spiritu, ita etiam sancta Scriptura —

Inde pater primorum saeculorum christianos eruditiores mysticis istis explicationibus adminiculi instar vlos fuisse, ad eos, qui in christianae religionis primordiis, σοργεοις, iam instituti essent; ut eos ad magis πνευματικην christianismi cognitionem adducerent.

Similem locum reperimus Tom. I. homil. in leuit. V. pag. 205. Sicut ergo cognitionem sui ad inuicem gerunt visibilia & invisibilia, terra & coelum, anima & caro, corpus & spiritus, & ex horum coniunctionibus constat hic mundus: ita etiam sanctam scripturam credendum est ex visibilibus & invisibilibus constare: veluti ex corpore quadam, litterae scilicet quae videtur; & anima, sensus qui intra ipsam deprehenditur; & spiritu, secundum id, quod etiam quedam in se coelestia teneat; coll. cum loco in homil. in leuit. V. p. 209. Triplicem namque in scripturis diuinis intelligentiae inueniri saepe diximus modum, historicum, moralem & mysticum; unde & corpus inesse ei, & animam & spiritum intelligimus.

Lib. III. contra Celsum n. 61. p. 487. recte admonet, de diuerso genere docendi; minori ad imperitiores; & maiori, ad perfectiores in intelligendo; esse alia & quidem priora θεωρητικα βοηθητα, ut desinant homines peccatis dare operam; alia vero, quibus το ηγεμονον ad veram rerum cognitionem adiuuatur.

Bene etiam contra Celsum lib. IV. p. 507. distinguit inter christianum altius religionis mysteria scrutantem, & inter fidem e: vulgo, simplicem, σαρκανον, qui multiplices diuinae sapientiae rationes intellectu non possit attingere, sed cui instar omnia argumentorum esse de-

debeat: αὐτος ἐφα \*)). Cum hoc loco conferatur lib I. contra Celsum n. 7. p. 325. το δέ εἶναι μετα τα ἐξωτερικα, μη ἐις τας πολλας φθανοτας, οι μονοι ιδιοι τα χριστιανων λογι, αλλας γαρ και των φιλοσοφων, παρ' οις τινες μεν ησαν ἐξωτερικοι λογοι, επειδης δε ἐσωτερικοι και τινες μεν ανεπτυγμενοι, οις αὐτος ἐφα. αλλοι δέ εν απορητω διδασκομενοι, τα μη αξια φθανειν εις ακίνα βεβλας και μινετω πεκαθαρευετα: „caeterum quaedam esse reconditora nec omnibus reiecta, id Christianae doctrinae commune est cum philosophia, vbi quaedam exteriora, quaedam etiam interiora sunt. Nam quibusdam Pythagorae discipulis satis erat: ipse dixit: cum alii clam docerentur, quae profanis nec purgatis auribus tutum non erat committere.,,

Agmen claudat locus contra Cels. lib. III. n. 52. p. 482. αποκρυπτομεν δε και παρασιωπωμεν τα βαθυτερα, επειδης απλασεες θεωρουμεν τας συνερχομενες και δεομενες λογων, τροπικως ὀνομαζομενων γαλα: „arcaniora autem silentio praetermittimus, cum qui audiunt simpliciores, nobis videntur & opus habere sermonibus, qui tropice dicuntur lac.,,

### §. XXII.

Ex his itaque ut opinor, pater Christum & Apostolos, primosque ecclesias christianaes doctores sapienter distinxisse inter homines rudes, i. e. σαρκικους, & inter perfectiores, i. e. πνευματικους. Nostrum igitur esse & hodie videtur, eorum insistere vestigii, omnibusque omnia fieri, ut eo facilius vera & pura Christi doctrina varie ad varios auditores,

\*) Nempe, ut Pythagorae hoc carmen solebat imperitorum caussa olim frequentari: etiam imperitorum lectorum S. S. caussa hic dicit, illi sufficeret, scripture dicit, seu deus dixit in scriptura. Nobis iam non licet, huius carminis veram & iustam vim describere accuratius. Sufficit autem, admonuisse, multam inesse ambiguitatem, si quis fatetur, scriptura hoc dicit; ergo verum est. Vedit iam Augustinus, (de Genesi ad litteram) inesse variis sententiis sensus quatuor, quinque, omnes versos, ratione tot legentium. Sed, an ratione scribentis & loquentis? alia est questio.

res, propagetur, omnibusque reddatur amabilior. Nostro praesertim tempore quotidie fere contra sanctissimam istam religionem oppugnantium, varia eduntur scripta, quae multis animi tranquillitatem eripere, & a Christi religione eos alienos efficere, possunt, nisi in dies magis magisque demus operam, ut religionem vniuersalem, καθολικην, maximeque necessariam ad salutem, purgemos a multis serioris aevi, appendicibus aut ideis localibus; satis forte quidem eruditis, sed quae magis verae religionis vim, vt ita dicam, obscurare, quam adiuuare soleant. Iste additamenta multis praebent occasionem contemptus, negligentiae, indignationis, taediique & impedimenti varij; temporis igitur inseruendum nobis est, & nostris coaeuis tali ratione tradenda sunt religionis principia, ac eorum ingenio vel rudi vel exercitato sint accommodata \*). Hac in re inter alios Vener, STEINBARTH, qui in Viadrina Francofurtensi, maxima floret laude; in *Systemate illo purioris philosophiae christianismi* duo delineavit systemata: unum ad captum των ιηπιων, σεργικων, qui quasi signa & miracula flagitant; & alterum in usum eorum, qui scrutantur sapientiam, i. e. τελειων, πνευματικων. Tale discrimen nullo modo negligere debemus; φιλοσοφον μεν γαρ πληθος αδυνατον γενεσθαι, vt assuerat Clemens alex. Strom. lib. V. p. 554. sed idem etiam alio in loco (Strom. lib. V. p. 602.) iis, qui plebem cognitione ingeniique viribus antecedunt, sequentem scribit regulam: εκεν έτι κατα την των πολλων δοξων περ τα θεα όποληπτεον.

\*) Mirari licet, esse, vel hoc seculo ex ipsi Lutherana ecclesia, qui dubitent, an hominum sit, arbitrari, de veritatibus, quae tempori cuidam sine magis necessarie, quam aliae. Scriperat. V. praefes in isto libello, ausführliche Erklärung über einige theologische Aufgaben, Censuren und Klagen &c. wenn Lehrer die in unsrer Zeit nötige Wahrheiten aus der Bibel austüthen, und diesen Auszug -- vorzüglich unsfern Zeitgenossen empfehlen -- -- Hic opponit auctor aliquis collectae historiae ecclesiasticae: Sollten Menschen wol die Einsicht und Befugnis haben, die zu einer gewissen Zeit nöthigen Wahrheiten auszusuchen? Nempe talibus sententis, tam sedulo molestis & iniquis, quis operae pretium ducat reponere? Christo & Paulo tales centores contradicunt, & ipsis formulis sollemnibus, quibus solent rei sacrae nostro tempore praefici.

---

I. S.

I. S. S E M L E R  
 AESTVMATISSIMO  
 HVIVS LIBELLI AVCTORI

S. P. D.

**B**revissimas habebis literas, et si non solum non alienus sum ab isto epistolarum genere, quod amorem mutuum publice significat; sed etiam rerum, quas vel laudandi et vi causa perscriberem, vel argumento, quod tractasti adderem, varia copia non deest. Sed isto tempore adeo ego otio non abundo, ut illo sere omnino caream. Neque vero destituere liberalem etiam expectationem possum, quin vel aliqui d litterarum adiiciam; quibus, si qua ratione opus sit, vel publice confirmem illam laudum et varum partem, quae maxime pertinet ad sacrarum humanarumque litterarum cultorem. Diligentiam continuam feliciter a te publicis priuatisque, quae hic habentur, lectionibus semper impensam, facile credent Fautores; quibus, si ratio fert atque occasio, haud dubie etiam approbabis variam ingenii, quam comparasti, facultatem, animique bene compositi liberalem & dignam indolem. Atque si porro ipse coniuxeris cum hoc scribendi tirocinio continua experimenta, & domesticae quasi, succrescentisque christianaee virtutis, & beneficiae in alios emendando: numquam erit, ut aut te poeniteat vitae academicae, aut Fautores huius clientiae. Quod ad libellum hunc attinet, et vobis omnino est; vix pauca addidi, illustrandarum rerum causa, nomina fere & exempla; plura reseci, quae satius copiosa collegeras; quibus praeterea non opus esse putabam, nec ad causae summam, nec ad diligentiae laudem. Debetem vero admouuisse iusto tempore, ut & ipsam causam propius illustrares, qua roties repetitos legimus istos sermones, quos σαρκινοι maxime inseruire statuis; nempe eam ob rem tam frequens est eius generis institutio, quia semper surrepererent Iudaici inueniunt interpres, qui auditores tam Christi quam Apostolorum nouis commentis corrumperent. Πόλλα πνευμάτω πλάνα succedebant, qui impidebant currentes. Sed explesisti omnino omne consilium, quod fecut es; nec dubito etiam alios fore, qui utilitatem et vi libelli non dissecantur. Facies autem ipse, ut numquam doctorem culpa redarguat. Vale, & mei memoriam, exemplique, si quod recte praecebi, liberaliter recole. Dab. in Frideric. regia d. 9. Decembr. 1778.

G

AMAN-

AMANTISSIMO SVAVISSIMO QVE

V O G T I O

DOCTISSIMO DISSERTATIONIS AVCTORI

S. P. D.

CAROLVS MARTINVS HUMMEL  
HALENSIS

SEMINARII REGII THEOL. SENIOR.

**Q**uid umquam mihi optatius evenire potuisset, quam numero amicorum T VORVM adscribi, t ecum per aliquor ab hinc annos amice semper, familiariter &, quod caput est in amicitia, constanter vivere, ardore T VO in literis tractandis flagrantissimo incitari, atque ex eruditione T VAE eximia fructum quam plurimum percipere, plane nefcio. Ad ingenuam enim integraritis, probitatis atque doctrinas laudem adspicianti quid suauius, quid utilius, quam talis viri amicitia, qui illarum virtutum studio indefesso & eruditonis laude inter reliquos longe lateque splendet? Quum igitur inde a primo, quo T E vidi, tempore excellens ingenium T VVM amplaque eruditionem admirari & virtutum T V A R V M spectatorem esse mihi licuit, omnem adhibui operam, vt amicitiam T V A M conserueret & amore in me T VO dignus virtutis studio inuenirer. Virtus enim, virtus inquam & conciliat amicitias & conseruat. Tandem id obtinui, quod certe maximam mihi attulit voluptatem atque uitilitatem. Quae cum ita sint, quare recusarem, publice declarare, quantum profuit ista T E C V M consuetudo, & qualis fructum ingenii & virtutis omnisque T VAB praefstantiae percepi, simulque T IBI ex animo hunc studiorum T VORVM cursum tanta cum laude exactum, & hocce eruditonis T VAE specimen, quod publico subiecturus es examini ac splendida, quae T E expectant, virtutis doctrinaeque præmia, gratulari. Persuasus sis, amantissime vogti, me omni studio esse quae-

quaesitum, ut magis magisque amicitia tua dignus & virtutum tuarum imitator accuarior euadam. Quod reliquum, me amori & amicitiae tuae commendarissimum habeas velim, prout & tibi ex mea parte amicam mentem numquam non deditissimam, nulla rerum vicissitudine labefactandam, sed mutuis benevolentiae studiis cum annis succrescentem, sanctissime spondeo. Vale. Dab, in Regia Frideric. d. XII. Decembris. clo I<sup>o</sup> cc LXXVIII.

AESTVMATISSIMO ATQVE CARISSIMO

V O G T I O

DISPVVTATIONIS AVCTORI

S. P. D.

C. L. S A D E W A S S E R N E O M A R C H I C V S.

**E**x animo tibi gratulor, quod feliciter emensus es hoc spatiū academicū; peruenisti enim ad eum terminū, quo solent publice audientib[us] commilitonib[us] repreſentare fructū quasi primum academicū, si qui regia liberalitate adiuti fuerint in literarū studiis. Feliciter! Praeſib[us] igitur & aliis praeclarū exemplū iustae contentio[n]is & diligentiae, quam hoc maxime tempore tam opportuno quam anticipi, adhibere debet sacrae eruditio[n]is probum cultorem. Sed intelligo, nec laudibus te meis multum delectari, nec lati dignas a me profici[re] posse. Parcam igitur ei sensui, quem amicitia facile, etiam in loco non commodo, suscitare solet. Id ponius tibi confirmo, adeo me & probare hoc vniuersum, quod elegisti, argumentum, & eius veru[m] expositionem: vt non nihil ipse quasi mihi metuam, qui aduersarii instar publice sustinere audeo; siue quia ipse volebas, siue quia

G 2

cu-



cuperem quasi interesse amici aestumatissimi rebus gerendis, cuius ceteram societatem solebam per hoc tempus maxime amare, quo in iisdem versamur aedibus S. V. hospitis nostri SEMLERI, aeterna pietate suspiciendi. Bonis omnibus sane nos iunxit illa studiorum, & priuatarum & illa publici instituti & propositi, societas, quae Seminarii regii ciuibus constat. Nunquam poenitentibus communis contentionis & diligentiae, quam impendimus diuinis humanisque litteris copiosius hauriendis; quarum ingens ille ambitus, quem quasi proprius intueri didicimus, futuram omnam vitam ita reget atque impellat, ut nunquam remittamus a continuo feroce & studio. Felices olim religionis christianae adiutores, qui istam scripturae sacrae copiam & amplitudinem, illa tam magnifica *renungo* (ut τον πανταν τελλειν verbis vitar) educationis succrescentis & institutionis των σπουδων ad suscipiendum το πνευμα, diligenter exquirunt, studiose imitantur, & sic religionis vera incremenata procurant. Seruabimus igitur & nos των ουγιανοντων λογων, si contingat sacris ministeriis admoueri. His sacris & piis votis postquam operatus sum, laetore animo faulta omnia τισι & appreco & ominor. Vale & amicitiae istam dulcedinem mihi porro impertiri ne desinas. Dabam Halae d. 11. Decembr. c/o lo cc lxxviii.



Fe 4194



SB-  
Retrov

Retrov



22.

DISPUTATIO THEOLOGICA

DE

## DISCRIMINE

INTER

ΣΑΡΚΙΚΟΥΣ  
ΕΤ  
ΠΝΕΥΜΑΤΙΚΟΥΣ

QVAM

PRAESENTE

VIRO SVMME VENERANDO EXCELLENTISSIMO AMPLISSIMO  
DOCTISSIMO

IOANNE SALOMONE SEMLERO

S. S. THEOL. DOCTORE, ORDINIS THEOLOG. SENIORE  
SEMINARII REGII DIRECTORE  
REGIONVM ET HALBERSTADIENSIVM ALVMNORVM EPHOROPRAECEPTORE ATQVE PATRONO  
OMNI PIETATE AETERNUM COLENDO  
DIE X IV. DECEMBER.

H. L. C.

PVBLICE DEFENDET

AVCTOR

IOANNES THEOPHILVS VOGT  
BEROLINAS

THEOL. CVLTOR ET SEMINARII REGII THEOLOG. SENIOR.

HALAE MAGDEBURGICAE  
LITTERIS IOANNIS CHRIST. HENDELII  
MDGGLXXVIII.6<sup>1</sup><sub>2</sub>

B.I.G.

Farbkarte #13

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

